IBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
D
21
NAPOLI

XV.
D
21.

Digitized by Google

Digitized by Google

SAMUELIS STRYKII, JC.

TRACTATUS
DE
DISSENSU SPONSALITIO

Cum materiis quibusdam affinibus
DE NULLITATE MATRIMONII
ET
DESERTIONE MALITIOSA
Variis præjudiciis ac Collegiorum
Responsis confirmatus

WITTENBERGAE
APUD SAMUELEM GODOFREDUM ZIMMERMANNUM
M DCC XXXIII.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Per-Illuſtri atque Excellentiſſimo Domino

DN. PAULO de Fuchs

Sereniſſimi atque Potentiſſimi Electoris Brandenburgici

MINISTRO STATUS

intimæ admiſſionis

Rerum Eccleſiaſticarum ac Feudalium

DIRECTORI

Ut &

Sacri Conſiſtorii Electoralis

PRÆSIDI

Hereditario Domino in Malchow, Heinerdorff, Fuchshöffen, Koggen ꝛc.

Domino ac Patrono ſuo obſervantiſſime

colendo

SALVTEM!

IMmenſæ quidem ſunt, quas pro ſalute Domus Brandenburgicæ ſuſtines curas, quibusque Magni Principis conſilia prudentiſſime hactenus diſpenſaſti: verum, quod in tanta muneris amplitudine eccleſiaſticarum quoque rerum non minori ſollicitudine rationem habeas, immortalitatem meritis Tuis affert. Qui enim alias negotiis Status operantur, inferioribus plerumque Sacrorum curam relinquunt, quaſi parum momenti hæc afferrent promovendæ publicæ ſaluti. Tibi vero alius omnino animus huc usque fuit, qui rerum eccleſiæ directionem, inter tot belli, pacisque negotia, Tibi ſervaſti, & provide geſſiſti: imo

auctis licet expeditionibus Tuis, ad Statum Reip. pertinentibus, Præſidium tamen Synedrii Eccleſiaſtici ſuſcepiſti. Quam ſeria intentione diverſos animorum in religione diſſidentium motus componere, ac probitatis ſtudium, fere profligatum, poſtliminio in Eccleſiam reducere anniſus fueris, innumera teſtantur argumenta. Pariter quanta prudentia, quantoque juris & æqui moderamine controverſias privatorum in Sacro illo Conſiſtorio ſine ullo forenſi ſtrepitu compoſueris, in comperto apud omnes eſt. Ad has vero cauſas, quæ Sacro huic Judicio obveniunt quotidie, cum pertineant quoque lites deſponſatorum & conjugum, a fide connubiali ſemel data recedentium: de his autem in hoc libello actum ſit: nulli magis, quam Tibi, Perilluſtris Domine, hunc conſecrandum cenſui; partim, ut ſi hic deprehendantur ſententiæ, non omnibus probatæ, exaſciato Tuo judicio aut damnentur, aut calculo Tuo approbentur; partim vero, ut publicum meæ in Te obſervantiæ exſtaret documentum, & devoti animi pro favore illo propenſiſſimo, quo me, meosque hucusque proſecutus es, indicia. Suſcipe ergo, Patrone æſtimatiſſime, quicquid hoc eſt levidenſis operæ, & pro illa, quæ Tibi propria eſt, humanitate, hanc obſequii teſſeram benigne interpretare. Deus Te ſervet cum Illuſtri Familia! Adſit porro conſiliis Tuis ſaluberrimis, quibus ipſo favente domi forisque inconcuſſa ſtetit auctoritas Domus Brandenburgicæ! Largiatur Tibi vitam longævam, ſenectutem tranquillam, & quicquid unquam votis expetendum! Ita vovet

PERILLUSTRIS DOMINE

Tuus Tibi devotus
SAM. STRYKIUS.

LECTORI BENEVOLO

Salutem.

SI ulla unquam in foris Germaniæ Eccleſiaſticis trita materies fuit, hæc ſane eſt, quæ circa ſponſaliorum jura occupatur. Rari enim inter mortales ſunt, qui, ſi ad adultam ætatem pervenerint, ſociam thori non quærant, & ſpem futurarum nuptiarum mutuis ſponſionibus ſibi confirmandam cenſeant. Sed utinam in negotio hoc ſacro illa circumſpectio ubique adhiberetur, quam rei tanti gravitas exigit. Matrimonium ſane Dei inſtitutum eſt; hinc non niſi devote invocato & placato Numine ad hoc progrediendum: & hoc ſi fieret, tot triſtes connubiorum eventus non experiremur. Sed ſi perverſos hominum mores attendas, facile conſtabit, haud raro in amplexus puellarum cœco impetu ferri juvenes, & fœminas quoque viripetas variis artibus, callidisque machinationibus in amoris retia, per proxenetas expanſa, trahere incautos. Mendaciis porro, falſisque perſvaſionibus utuntur illi, quos hic pararios adhibent. Sponſus omnis dives eſt: ſponſa adhuc ditior: ille homo eſt probitate, doctrina ac moribus incomparabilis: hæc omnium virtutum, quæ fœmininum ſexum decent, compendium, procul ab ira, a prodigalitate & luxuria. Verum ſicut mentita probitas non diu latere poteſt, quo minus perverſæ mentis erumpant ſigna: ita quoque evenit ſæpiſſime, ut deſponſati ſe deceptos utrinque ſentiant, & omnia fere ea, quæ ampliſſime prædicabantur ab aliis, mera deprehendant figmenta. Hinc quos cœcus amor conciliavit animos, odium ejus loco ſubnatum diſpellit iterum, ubi poſtmodum de diſſolvendis ſponſalibus, quandoque etiam de matrimonio jam conſummato iterum annullando naſcuntur lites graviſſimæ, vix a prudentiſſimo Judice componendæ. Equidem ſi receptas Dd. opiniones hic ſequamur, in promtu remedia ſunt, quibus ad fidem connubii ſervandam adigantur. Mulcta enim vel carcere compelli ſolent, ut matrimonio ſibi jungantur perſonæ deſponſatæ. Quandoque

doque etiam contradictione non obstante, in ipso Consistorio per Ministrum Ecclesiæ conjunguntur, nulla habita ratione rixarum quotidianarum, adulteriorum, imo quoque homicidiorum, clandestinis artibus patratorum, quæ inde nasci solent. Omnia hæc ex illo nascuntur principio, quod ex Papatu in nostris ecclesiis remanlit: matrimonium esse Sacramentum, & hinc fidem connubii, verbis de præsenti datam, nexum inducere omnino indissolubilem. Imo cum viderent, Pontificem Innocentium III. *in C. Præterea 2. X. de Sponsal.* concedere, *illos, qui de matrimonio contrahendo pure, & sine omni conditione fidem sibi dederunt, si commonitionibus induci nequeant, ad fidem servandam non compellendos esse, ut talem ducant, quam odio habent, ne deterius inde quid contingat;* Lucium quoque III. Pontificem in *Cap. Requisivit. 17. X. d. 1.* pari ratione rescripsisse, *nec illam mulierem, quæ jurisjurandi religione neglecta nubere renuit illi, cui se nupturam jurato promiserat, ad nuptias cogendam, sed tantum monendam esse, cum coactiones difficilem exitum habere soleant,* nostri Dd. fere omnes hos textus ad sponsalia de futuro restringunt: cum tamen de illis non agi, contextus clarissime doceat. Hinc omnem in sponsalibus dissensum damnant, & ad matrimonii consummationem desponsatos mox condemnant. Quum itaque ex variis casibus Collegiorum Juridicorum decisioni oblatis rigorem illum in compellendis desponsatis ad nuptias observarem, & tristissimos eventus simul attenderem, digna mihi visa fuit materies, quæ publice ad ventilandum proponeretur; quod & in diversis Academiis factum est. Postquam vero harum Dissertationum conjunctam editionem plurimi a me desiderarunt, illas hic revisas, variorumque casuum Resolutionibus amplificatas Tibi, Benevole Lector, offero, libertatem relinquens, quid ex his probare, vel improbare velis. Nec enim apodicticas esse cupio sententias, hic adductas, sed contentus ero, si probabili ratione illas non destitutas videas. Fundamentum omne permissi dissensus sponsalitii exinde petii, quod in sponsalibus non aliud obligationis vinculum ostendi possit, quam quod ex conventione seu pacto nascitur; aut certe arctior nexus non suberit, quam qui ex fide jurata resultat. Atqui vero hunc, cui quid promissum, vel juratum est, sine peccato alteri fidem datam remittere posse; nemo hactenus in dubium vocavit. E contrario desponsatis, utrinque sibi fidem matrimonii remittere volentibus, hanc potestatem negant Consistoria. Et quamvis tandem ob rixas verbera repudio locum faciant: si tamen ex probabili causa, cognita præ-

sertim

Digitized by Google

ſertim morum diſſimilitudine, mutuo conſenſu & bona gratia diſcedere velint, hoc communiter improbatur, & carcere etiam non raro ſponſos ad involuntarium adigunt matrimonium: quod an ſolida ratione defendi poſſit, mihi ſemper dubium viſum fuit. Damno equidem temerarias ſponſaliorum renunciationes; ſed pariter promiſcuas compulſiones improbo; potiſſimam vero partem prudentiæ Directoris Conſiſtorii relinquo, cui non difficile erit, graviſſimis admonitionibus ad concordiam redigere ex ſola levitate diſſentientes, vel etiam, ſi monitis obſequi nolint, admiſſo licet repudio, levitatem alterius vel indicto ad tempus cœlibatu, vel alia animadverſione pecuniaria, aut carceris ita compeſcere, ut alii cautius mercari diſcant. Materiæ huic ſponſalitiæ conjunxi alias de ipſius matrimonii diſſolutione agentes, pariterque ſub meo præſidio ventilatas. Ex quibus apparebit, & in divortiis concedendis adeo difficiles eſſe noſtrates, ut, ubi adulterium, vel ſaltem malitioſa non concurrit deſertio, nunquam admittatur ſeparatio. Prudenter tamen hic attendendum puto, an matrimonium legitime contractum ſit, prout Auctor conjugii ſummus hoc contractum volebat; an vero fraude, dolo, falſisque perſvaſionibus ad matrimonium inducta fuerit pars altera ? Hos ſane DEUS conjunxiſſe dici non poterit, ſed diabolus mendaciorum pater. Sanctitas ergo vinculi connubialis per artes diabolicas contracti obſtare non debebat diſſolvendo matrimonio. Imo nec major religio accedet fraudulento huic negotio per Eccleſiæ Miniſtri benedictionem. Si enim nec jurisjurandi fides, ubi pariter DEUS teſtis & vindex invocatur, tanta eſt, ut dolo & fraudi alterius patrocinium præſtet: cur benedictioni ſacerdotali iſta foret aſſerenda ſanctitas, quaſi per hanc purgarentur omnia illa, quæ cum ſcelere etiam patrata ſunt. Imo quo juris colore hierologia illa decipienti commodum afferre, & perſonam apertiſſima fraude ab altero inductam, jurium beneficiis, quæ læſis conceſſa, privare poterit ? Decepta hic eſt ſponſa, decepta Eccleſia, deceptus Eccleſiæ Miniſter : & tanta tamen vis tribuitur huic negotio, ut nonniſi mors remedium afferre poſſit. Quæ res multis, qui contra legum præcepta coeunt, occaſionem præbet, ab exteris, & diverſæ etiam religionis miniſtris copulationem pretio & precibus emendicandi, & ita parentum juſtam contradictionem, ad ſacri Conſiſtorii inhibitionem eludendi, cum ſciant, poſt ſacerdotalem copulam ſeparari ſe non poſſe. Hoc autem an alio, quam Sacramenti, prætextu, quem Pontificii hic fingunt, noſtri negant, excuſari poſſit, non video.

De

De hoc vero themate actum pariter in his dissertationibus, quas Tibi, Lector benevole, exhibeo, nullus dubitans, Te pro candore Tuo, si ingenuus es, omnia in meliorem partem interpretaturum, & errata typographica, quorum plura irrepserunt, dum alterius loci prælo utendum fuit, excusaturum.

Cum vero publicis disputationibus in diversis Academiis hæc materia discussa fuerit, & industriam suam partim defendendo, partim elaborando probaverint quondam Clarissimi Juvenes, eorum nomina; & in qua materia quilibet eorum eruditionis suæ specimen exhibuerit, reticere nolui:

I. DE FUNDAMENTO DISSENSUS SPONSALITII,
Johann Samuel Strykius, Francofurtensis Marchicus, jam J. U. Doct. & Professor Publ. Ordinar. in Academia Hallensi. *Disputavit Wittebergæ Anno 1691. d. 28. Martii.*

II. DE DISSENSU UNIUS DESPONSATORUM,
Dn. Christophorus de Weselo, Hannoveranus, jam reverendiss. & Sereniss. Episcopi Osnabruggensis Consiliarius, & Consistorii Evangelici Director. *Disputavit Wittebergæ Anno 1691. d. 31. Oct.*

III. DE DISSENSU UTRIUSQUE DESPONSATORUM,
Dn. Maximilianus Philippus Magir de Logau, Eques Marchicus, *Disputavit Halæ d. 20. Maji, Anno 1693.*

IV. DE CONCURSU SPONSALIORUM,
Pro LICENTIA Dn. Christianus Meschke, Regio - Pont. Lusat. jam J. U. Doct. & Cameræ Electoralis Saxonicæ Procurator. *Disputavit Francofurti d. 15. Nov. Anno 1671.*

V. DE NULLITATE MATRIMONII,
Pro LICENTIA, Johann Samuel Strykius, idem qui supra N. 1. *Disputavit Wittebergæ d. 10. Decembr. 1692.*

VI. DE DESERTIONE CONJUGUM MALITIOSA,
Pro LICENTIA, Dn. Johannes Moßdorff, Naumburgensis, jam J. U. Doct. & Patriæ suæ Consul. *Disputavit Francofurti d. 11. Nov. 1687.*

Quibus præmissis valere Te jubeo, Lector Benevole, & favori Tuo hoc, quicquid est, operæ commendo, & pro ejus felici successu Deo optimo Maximo gratias ago immortales. Halæ Anno M DC IC. Calend. Mart.

TRACTA-

Digitized by Google

TRACTATUS
DE
DISSENSU SPONSALITIO.

PROOEMIUM.

Sacer ille nexus eſt, quo ſibi conſtringuntur invicem deſponſati: Inde non auſu temerario violanda ſemel data fides, quippe cum hujus contemta religio ſatis Deum ultorem habeat, ut in ſimili monet Imp. Alexander *L. 2. C. de Reb. cred.* & perfidiæ reos ex merito illos poſtulat Conſtantinus Imp. *L. 4. C. Theod. de Sponſ.* Ut ea propter fere mirandum ſit, quam ob cauſam fœminæ, alii deſponſatæ, licentiam renunciandi, & alii nubendi conceſſerint Impp. Diocletianus, & Maximianus *L. 1. C. de Sponſal.* Verum enim vero ſicuti libera illa a fide ſponſaliorum diſceſſio apud nos merito reprobata; ita rigor ille nimius, quo ad fidem ſervandam conſtringi ſolent deſponſati, dum vel mulcta, vel carcere, aliisve remediis contra contumaces proditis, ad conſummandum matrimonium adiguntur, non raro intempeſtivus eſt. Quippe non deſunt exempla tragicorum eventuum, ubi non ſaltem, quotidianis jurgiis, verberibusque, ſed & adulteriis, imo & homicidiis anſa tali connubio ſuppeditata. Quam ob cauſam Innocentius III. Pontifex compulſiones illas non ſine juſtiſſima ratione voluit

interdictas *Cap. 2. X. de Sponsal.* Ast hæc sanctio Pontificia vulgarem & erroneam illam recepit interpretationem, quasi Pontifex de solis sponsalibus, quæ de futuro appellant, loqueretur; Unde in his dissentiendi licentiam Consistoria quidem adhuc indulgent; in illis vero, quæ de præsenti appellant, nullum dissensui locum relinquunt, sed invitos quandoque & renitentes per Ecclesiæ Ministros conjungunt. Sane latitant in vulgatissima sponsaliorum materia nævi, quos ex Juris Canonici salebrosa interpretatione retinuimus inter Evangelicos, qui tamen censura omnino digni, si non penitus tollendi. Non excurrere lubet in absurdam illam graduum computationem, a Canonistis inventam, a nostratibus tamen defensam, & in Consistoriis retentam, contra optimam Juris nostri Cæsarei, cum Jure Divino conspirantis, rationem. Nec inquiram in consectaria illa, ex falso Pontificiorum principio: *Matrimonium esse Sacramentum;* propullulantia, quæ, exploso licet illo ab Evangelicis principio, in Scholis quandoque & foris inculcantur. Saltem ostendendum hac vice, retentam illam inter sponsalia de præsenti & de futuro differentiam, prout ex Canonistarum sententia proponitur vulgo, variis opinionibus, vix in foro tolerandis, ansam dedisse. Faciam id vero occasione famosi illius *C. Præterea 2. X. de Sponsal.* cujus argumento ostendam, qua ratione a sponsalibus vel unius desponsatorum, vel utriusque dissensu mutuo a fide data, resilire fas sit. Hic vero, dum utimur libertate illa, quæ in Cathedra Academica indulgeri solet aliis, nemo nobis vitio vertet, si alicubi modeste discedamus a recepta in foro opinione. Utrobique enim judicium Lectori candido salvum relinquimus, an assensu dignari nostras theses, an illas reprobare velit. Deus vero exoptatos suscepti laboris largiatur successus.

C. Præ-

Digitized by Google

C. Præterea. 2. X. de Sponſal.

INNOCENTIUS III.
EXON. EPISCOP.

Præterea hi, qui de matrimonio contrahendo pure & ſine omni conditione fidem dederunt, commonendi ſunt, & modis omnibus inducendi, ut præſtitum fidem obſervent. Si autem ſe ad invicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, ut talem ſcilicet ducat, quam odio habet: videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, hoc poſſit in audientia tolerari.

SECTIO I.
DE FUNDAMENTO OBLIGATIONIS SPONSALITIÆ.

§. I.

Unde naſcatur obligatio?

QUod quondam monuit Julianus *in L. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil.* in cauſa jus eſſe poſitum, illud merito ad cujusvis obligationis nexum applicamus. Jus quippe obligationem producens, ex facto naſcitur; cum citra factum aliquod alteri in rem vel perſonam noſtram jus quoddam competere nequeat. *arg. L. 11. ff. de R. J.* Unde ex re ipſa conſtituendum, quid juris ſubſit, *L. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar.* qua de re dictum est pluribus in *Tr. de Action. inveſtigand. Sect. 1. Membr. 1. §. 4.* Idem hoc in obligatione ſponſalitia indagandum, quale illud factum ſit, ex quo inter deſponſatos naſcatur obligatio; ex cujus qualitate, quousque ſibi invicem conſtringantur, & an poſt conſenſum ſemel præſtitum ullus ſuperſit pœnitentiæ locus, ſtatuendum eſt judicium.

Obligationes congenitæ.

§. II. Equidem non nego, dari obligationes, quæ non ex facto præcedente, sed ex connato nobis Jure oriuntur, quas ea propter congenitas appellat Celeberr. Dn. de Pufendorff. *Tract. de Jur. Nat. & Gent. Lib. 3. c. 4. §. 4.* quorsum pertinet obligatio illa hominis ad colendum Deum: Attamen cum in præsenti de obligatione hominis erga hominem disquiramus, vix dabitur casus obligationis, ubi non præcedat factum aliquod illam producens, sive naturale, sive civile, & hoc vel licitum, vel illicitum. Prout enim factum LL. conforme, eatenus obligationem parit contra alterum, ad pacti fidem servandam: Prout vero LL. adversum, vel illicitum, eatenus alteri acquiritur obligatio, mediante qua damni reparationem ab auctore facti reprobati exigere valeat. Vid. *Tr. de Action. investigand. loc. cit. §. 8.*

An naturalis quædam in sponsalibus obligatio?

§. III. Nec est, ut sponsaliorum nexus ex ipso naturali instinctu ad ineundum matrimonium repetatur, dum maris & fœminæ conjunctionem omnibus animantibus natura inditam esse, monet Imp. in *pr. Inst. de J. N. & G.* Et omnino ex sanctissimi Creatoris instituto adest evidentissima generis humani obligatio ad sui propagationem mediante matrimonio. Accedit, quod matrimonium socialis vitæ fundamentum sit, ob quam causam homines ad illud ineundum omnino obligantur, ut hinc per consequens facto aliquo obligatorio hic opus esse non videatur ad inducendam obligationem sponsalitiam, utpote matrimonii præparatoriam. Verum quia præceptum illud Creatoris: *Crescite & multiplicamini;* affirmativum est, insuper indefinitum, & indeterminatum, non poterit illud singulos homines, & quocunque tempore obligare. Dn. de Pufendorff. *d. l. Libr. 6. c. 1. §. 7.* Imo si generatim obligaret, non tamen in individuo stringeret certas personas sibi jungendas; sed hic facto opus est, scil. consensione in futurum matrimonium, ex qua alteri quæratur jus ad compellendum alterum, quo secum matrimonium ineat.

Ex consensu sibi obligantur Sponsi. An Jure Romano

§. IV. Quapropter ex consensu mutuo illa sponsaliorum derivanda est obligatio, qui consensus dum ad nuptias sufficit, *L. 30. ff. de R. J.* etiam in sponsalibus efficax esse debet; Inquirendum vero propius erit, an & qualis Jure Romano ex consensu sponsalitio nascatur obligatio? Responsionem cum ostensione facti obligatorii suppeditabit JCtus Florentinus *in L. 1. ff. de Sponsal.*

hæc

hæc deſcribendo, quod ſint *mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum.* Hotomannus hæc verba immutanda cenſet, mutuam repromiſſionem ſubſtituendo. Verum refragatur exemplarium fides, & Græci quoque *μνήμην καὶ ἐπαγγελίαν τῶν μελλόντων γάμων* ſponſalia deſcribunt. Add Bach. *ad Tr. Vol. 2. D. 6. lit. e.* Præcedebat enim mentio ſeu interpellatio de contrahendis ſponſalibus, quam poſtea ſequebatur repromiſſio. Sententia tamen Hotomanni circa Florentini ſenſum omnino admitti poteſt; ſine dubio enim mutuæ in ſponſalibus adhibitæ fuerunt promiſſiones, quibus alter alteri deſponderetur. Quorſum & illorum tendit ſententia, qui Mentionem pro Interrogatione capiunt, eoque ipſo per contractum ſtipulationis ſponſalia celebrata fuiſſe innuunt. *hic adſit obligatio.*

§. V. Poſterior hæc ſententia diſplicet Cujacio *ad Tit. C. de Nupt.* qui Florentini verba ad terminos ſimplicis conſenſus citra ullam ſtipulationis ſolennitatem reſtringit, & ea propter tam nuptias, quam ſponſalia conventionem nudam eſſe dicit: cum ſi ſola ſtipulatione contraherentur ſponſalia, non poſſent inter abſentes, per nuncium, per epiſtolam, aut aliam quamcunque perſonam intermediam contrahi, per *L. fin. ff. de Sponſ.* Qua ſententia ſuppoſita, veriſſimum omnino fiet, Jure noſtro Civili nullam ex ſponſalibus efficacem naſci obligationem, cum pacta nuda jus agendi non producant, eaque propter non tantum utriusque, ſed unius diſſenſu impune diſſolvi poſſint. *Qualis conventio adſit in ſponſalibus?*

§. VI. Sane ſi ex ipſo vocabulo deſumendum argumentum, ſponſalia a ſpondendo dicta eſſe, vulgo conſtat; Spondendi vero vocabulum ſolenne in ſtipulationibus fuiſſe, apparet ex *§. 1. I. de V. O.* hinc omnis ſtipulatio promiſſioque Sponſionis nomine venit, *L. 7. ff. d. V. S. L. 29. §. 2. ff. de Ædil. Edict.* Quodſi inſuper in Romanorum mores inquiramus, apparebit, non aliter, quam per ſolennes ſponſiones contracta fuiſſe ſponſalia, indeque nomen accepiſſe, quod ipſe Ulpianus teſtatur in *L. 2. ff. de Sponſal.* Locus inſignis apud Plautum, ex quo Auctore non vulgaria Juri Romano interpretando ſubſidia petuntur, occurrit *in Aulular. Act. 2. Sc. 2.* ubi Megadorus ab Euclione filiam ita ſibi Sponſam ſtipulatur: *De ſponſionibus.*

Quid? nunc etiam mihi Despondens Filiam? E. *illis legibus,*
Cum illa dote, quam tibi dixi. M. Sponden' ergo? E. Spondeo.
M. *Isthuc Di bene vertant.* E. *Ita faxint, illud facito, ut memineris*
Convenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferet filia.
M. *Memini.*

Ex quo verbo *Memini* explicandum aliqui existimant Florentinum, per *Mentionem* sponsalia describentem: Verum illa Florentini mentio præcedebat Sponsalia: Hæc Plautina sequitur, gestum jam negotium memoriæ commendatum cupit. Similis locus est apud eundem *in Curcul. Act. 4. Sc. 2. in fin.* ubi Phædromus adolescens a milite Planesium virginem stipulatur:

C. *Quid cessas, miles, hanc huic uxorem dare?*
M. *Si hæc vult.* P. *mi frater, cupio.* M. *fiat*, C. *bene facis.*
P. Spondesne, *miles, mihi hanc uxorem?* M. Spondeo.
C. *Et ego hoc idem unum* Spondeo.

Plura hujus rei exempla, de ratione spondendi Veterum, refert Barn. Brissonius *Tract. de Form. & Solenn. Pop. Rom. Verb. Lib. 6. p. m. 543.* Paul. Cypræus *de Sponsal. c. 3. §. 3. seqq.* Brouwer. *de Jur. conn. h. L. 1. c. 1. n. 3. & cap. 20. n. 12. seq.* Et sane credendum non est, cum ad omnes alios contractus firmandos, stipulationem introduxerint Romani, eos in re tanti momenti, qualis est promissio matrimonii, nudis promissionibus acquievisse: Imo & repromittendi verbo in eadem materia usus est Plautus loco jam dicto, quod stipulanti promittere rectissime exprimit Celeberr. quondam in hac Universitate Wittebergensi Philologus Taubmannus *in Not. ad Plaut. Curcul. Act. 4. Sc. 2.* quamvis verbum illud in Jure nostro pro cautione simplici non raro capiatur, *L. 37. ff. de Evict. L. 45. ff. de Procur.* quorsum pertinet repromissio dotis, *L. 72. ff. de Jure dot.*

Repromissio.

Sponsiones a quibus interpositæ?

§. VII. Ex adductis vero locis colligi poterit, quo fundamento nitatur Cujacii opinio, existimantis, MENTIONEM esse patris sermonem, cum hoc magis sponso conveniat, qui sponsam stipulabatur, & patri promissio sit applicanda. Spondebat enim sponsus; repromittendo despondebat pater. Filiæ sponsio regulariter intercedebat nulla, licet nec invita desponderetur, sed sponsio patris ipsi filiæ proderat, quod & hodie adhuc

adhuc usu venire solet, ubi pacta dotalia non subscribit filia & tamen ex subscriptione patris obligatur valide, & jus agendi inde consequitur, *L. 7. C. de Pact. convent.* imo etiamsi parente destituta filia, ipsa tamen non spondebat, non respondebat, sed a tutore aut curatore, aliove ex cognatis despondebatur, quod ex superiori exemplo militis apud Plautum sororem despondentis apparet. Conf. Hotomannus *de Vet. Rit. Nupt. cap. 9.* Henric. Brouwer. *de Jur. Connub. Lib. 1. cap. 1. n. 24.*

§. VIII. Non obscurum itaque amplius erit, accedente illa spondendi ratione, quæ per stipulationem expeditur, actionem ex stipulatu nasci ad implendam promissi fidem: Omne enim factum honestum in stipulationem deductum, actionem ex stipulatu parit, *L. 2. pr. ff. de V. O. L. 14. 73. & 84. ff. eod.* Nec diversa est ab hac actione illa, quam DE SPONSU vocant, cujus ex Neratio *Lib. de Nupt.* meminit Cujacius *ad Tit. C. de Sponsal. p. m. 251.* quam sponso datam fuisse dicit, quanti intererat, uxorem accipi vel dari: Ex SPONSU enim agere Veteribus idem fuit, quam ex stipulatu, *per L. Sciendum. 19. § 2. ff. de Ædilit. Edict.* ubi pro voce *Sponsu* male *Sponsionem* substituit Haloander. Quadrant huc omnino, quæ A. Gellius *Noct. Attic. L. 4. c. 4.* ex Servio Sulpitio refert: *Qui uxorem ducturus erat*, STIPULABATUR, *eam in matrimonium ductum iri: Qui daturus erat, itidem* SPONDEBAT *daturam. Is* CONTRACTUS STIPULATIONUM SPONSIONUMQUE *dicebatur* SPONSALIA; *Tum quæ promissa erat*, SPONSA *appellabatur; qui sponderat ducturum*, SPONSUS. *Sed si post eas* STIPULATIONES *uxor non dabatur, aut non ducebatur; qui stipulabatur* EX SPONSU AGEBAT, *Judices cognoscebant. Judex quamobrem data acceptave non esset uxor, quærebat. Si nihil justæ causæ videbatur*, LITEM PECUNIA *æstimabat, quantique* INTERFUERAT, *eam uxorem accipi, aut dari, eum, qui sponderat, aut qui stipulatus erat, condemnabat.* Conf. Paul. Cypr. *de Sponsal. c. 12. §. 1. n. 2.*

Actio ex stipulatu.

Ex sponsu.

§. IX. Hoc vero facile largior Cujacio, necessitatem illam adhibendi stipulationem in sponsalibus successu temporis remissam esse: nam ipse JCtus *L. 2. ff. de Sponsal.* stipulationem illam & sponsionem ad mores Veterum refert: non tamen negat, stipulationem adhuc adhiberi posse. Ex quo consequitur, stipula-

Stipulationes hodie ad sponsalia non adhibentur.

Digitized by Google

tione adhibita, uni ex desponsatis fas non esse ab obligatione sponsalitia discedendi, sed utrumque vi stipulationis valide obligari, de quo mox dicendum plenius. Postquam vero permissum, ut simplici consensu contraherentur sponsalia, Jure Rom. non tanta sponsaliorum remansit obligatio, cum vix nudi pacti terminos excederent: & ex hoc tempore, postquam stipulationum solennitas in sponsalibus remissa, verum esse cœpit, quod asserit JCtus *in L. fin. ff. de Sponsal.* in sponsalibus constituendis parvi referre, per se, & coram, an per internuncium, vel per epistolam, an per alium hoc factum sit, quod non procederet, si stipulatione opus esset, quæ non nisi conceptis verbis inter præsentes expeditur, *L. 1. §. 1. ff. de V. O.*

Sponsalia simplici pacto inita.

§. X. Ceterum, an, si pacto simplici contracta sponsalia, inde nostro Jure Civili plane nulla nascatur actio, non satis exprimunt Dd. Cujacius *ad Tit. C. de Sponsal. p. m. 253.* pactiones de futuris nuptiis obligationem non producere asserit. Et nescio, an non idem insinuet JCtus, quando spem nuptiarum ex sponsalibus nasci dicit, *L. 6. ff. de Sponsal.* quorsum pertinet etiam *L. pen. C. de Sponsi.* ubi speratæ nuptiæ dicuntur sponsalia; quod indicium est, nondum adesse perfectum obligationis vinculum; simili ratione, qua de promissione conditionali dicitur, spem esse debitum iri. Conf. Meier. *Colleg. Argentor. Tit. de Sponsal. n. 2.* asserens: Stipulatione non interveniente, sponsam non dictam esse, sed speratam, vel pactam. *Sperata* enim erat, quæ quidem jam petita, sed nondum promissa: *Pacta* dicebatur, quæ facta conventione promissa: *Sponsa* vero, quæ interposita sponsione seu stipulatione, promissa, Hotomannus *de Sponsal. cap. 3.* Add. Cypr. *de Sponsal. c. 3. §. 6. num. 2.* De Sponsa destinata videatur Brouwer. *de Jure Connub. L. 1. c. 24. n. 5. seq.* Ex quo sua sponte sequitur, nec virginem speratam, nec pactam ulla actione peti potuisse, cum præter simplicis conventionis terminos nullum subfuerit obligationis vinculum; atqui vero simplex illa conventio præter exceptionem Jure Prætorio concessam, nullum Jus producebat. Et ex hoc omnino defendenda illa sponsalibus renunciandi licentia, de qua *in L. 1. C. h. t.*

Quare consensus

§. XI. Hoc tamen insigne dubium hic remanet, qua ratione consensus ille simplex, nudo pacto declaratus, validas efficere

cere potuerit nuptias, *L. 30. ff. R. J.* ſed ad ſponſalia confirmanda non ſufficerit, quo minus pœnitentiæ locus remanſerit? Ubi quidem primo monemus, vulgatam illam *d. L. 30.* interpretationem, quaſi ſolus conſenſus nuptias faciat, ſine omni alio facto, exinde non probari: Regula enim illa Ulpianum agnoſcit auctorem, & ſic ejusdem caſus repetendus eſt ex eodem Ulpiano in *L. Cum fuerit 15. ff. de Condit. & demonſtr.* ubi conditio illa: *ſi nupſiſſet*, ſtatim atque ducta eſt uxor, impleta dicitur, quamvis non in cubiculum mariti venerit; & pro ratione regulam ſubjicit: *nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit.* Ergo non ſimplicem conſenſum hic intelligit JCtus, ſed cum ipſa *ductione* conjunctum, quæ hoc caſu loco traditionis eſt, & pacto juncta validam producit obligationem, *L. 48. ff. de Pact.* quam ſequitur demum concubitus. Ex quo apparet diverſum jus ſponſaliorum a nuptiis, Illic res in nudi pacti terminis conſiſtit; hic nequaquam.

valida ſufficiat, & non ad ſponſalia?

§. XII. Sed inquiri omnino meretur: An poſtquam ſimplici conventione ſponſalia contrahi, & inde renunciandi licentia deſponſatis Jure Civili relinqui cœpit, ſtipulatione accedente illa facultas diſcedendi fuerit ſublata? Negat hoc Brouwer. *de Jure Connub. c. 2. n. 3.* ubi exiſtimat; Jure novo Quiritum ſponſalia tanquam nudas pollicitationes reputatas fuiſſe, adeo, ut, quamvis ſtipulatione interjecta, contracta eſſent, reſilire alteruri integrum fuerit, absque ullo vel in factum, vel ad intereſſe actionis intentandæ metu. Verum cum nullibi aliquod hujus juris exſtet veſtigium, ubi ſtipulationi ſuper ſponſalibus interpoſitæ agendi efficacia fuerit denegata, merito inſiſtimus generalibus illis principiis; ex omni ſtipulatione ſuper negotio honeſto validam naſci actionem, de quo dictum ſuperius §. VIII. eaque propter diſpoſitio illa Impp. *in L. 1. C. h. t.* ad deſponſationem extra ſtipulationis ſolennitatem initam, merito reſtringenda. Unde neſcio, ex quo fundamento opinionem ſuam hauſerit Scholiaſtes Βασιλικῶν *Lib. 28. Tit. 1. lit. B.* aſſerendo; quamvis ſtipulatio interpoſita ſit, ſi tamen arrhæ ſpecialiter datæ non ſint, ſponſalibus impune diſcedi poſſe, & provocat ad *L. 5. C. de Nupt.* Verba enim illa aut omnino falſa ſunt, aut ad ſtipulationem pœnalem reſtringenda; quod ſcil. hac non obſtante, diſce-

An per ſtipulationem pœnitentia excludatur?

di impune a ſponſalibus poſſit, niſi arrhæ jam datæ, quarum amiſſio imminet pœnitenti ſponſo.

De ſtipulatione pœnali.

§. XIII. Non tamen prætereunda hic eſt deciſio JCti Pauli *in L. Titia. 134. pr. ff. de V. O.* utpote quæ adductæ jam opinioni ſummopere refragari videtur: Sponſalia enim ibi contracta, & ſtipulatione pœnali confirmata erant, nihilominus cum filia ſponſo nubere nollet, actionem ex ſtipulatu dari negat Paulus; rationem ſubjicit; quod illa ſtipulatio non ſecundum bonos mores interpoſita ſit, quia inhoneſtum viſum eſt, vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, ſive futura, ſive jam contracta. Verum non omnis ſtipulationi ſuper ſponſalibus initæ hic denegatur efficacia, ſed tantum pœnali, quam ſolam contra bonos mores eſſe cenſuit JCtus; unde notanter in textu reſpondet: *ex ſtipulatione, quæ proponeretur*; Ergo ſimplici ſtipulatione propoſita, nihil contra bonos mores admiſſum eſſet, & inde ratio decidendi falleret. Interim omnino mirum eſt, quare ſtipulationem pœnalem contra bonos mores eſſe exiſtimarit Paulus, cum ſane bonis moribus nihil convenientius ſit, quam ut fides de matrimonio data ſervetur, & ſi ab altero violetur, ille hoc impune non ferat. Sed illam ſententiam ab ipſo Pontifice Gregorio IX. approbatam eſſe, *in Cap. Gemma. 29. X. de Sponſal.* magis mirandum, ubi pariter ſtipulationem pœnalem rejicit Pontifex ſubjecta ratione; *quia libera matrimonia eſſe debent, ideo talis ſtipulatio propter pœnæ interpoſitionem merito improbanda*, niſi ſententiam Pontificis ad caſum ibi propoſitum reſtringere velis, ubi ſcil. deſponſatio inter impuberes, imo plane infantes facta, qui cum judicio facultateque conſentiendi tempore ſponſaliorum deſtituti fuerint, non debuit per pœnæ adjectionem libertas diſſentiendi, poſtquam ad puberem ætatem pervenerint, ipſis aufferri. Quamvis Cartoniſtæ generalius illam pœnæ adjectionem illicitam dicant, adeo, ut nec in foro conſcientiæ illa debeatur, Barboſ. *ad d. C. Gemma. n. 2.* De qua materia videri plenius poterit Thomas Sanchez, *Tract. de Matrim. L. 1. Diſp. 30.* Card. Mantica *Tract. de Tacit. & ambig. convent. Lib. 14. Tit. 37. n. 10.*

Quid Jure Canonico?

Vera Sententia.

§. XIV. Res eo redire videtur, Jure Civili quidem pœnam ea propter ſponſalibus adjiciendam non eſſe, ne libertas illa a ſponſalibus diſcedendi tollatur, quæ ibi indulta, *L. 1. C. de Sponſal.* quam-

quamvis poſtea cum arrharum diſpendio ſponſalia confirmare permiſſum fuerit. *L. ult. C. de Sponſal.* Cujus rationem vulgo reddunt, quod arrhæ maturiori conſilio dentur, quam pœna promittatur, Sanchez, *d. L. 1. Diſp. 35. n. 9.* Covarruvias *de Sponſal. P. 2. c. 2. n. 1.* Jure Canonico autem pœnam tantum prohiberi in ſponſalibus adhuc ineundis, non initis, & eatenus pœna de non diſſolvendis ſponſalibus etiam hodie promitti & præſtari poſſet, Grœnwegen *de LL. abrog. ad L. 5. num. 10. C. de Sponſal.* Quod & jam olim conſtituit Leo Imp. *in Novell. 18.* addita ratione, quod inconſtans ille, qui ex pacto definitæ pœnæ gravius damnum ſibi obvenire videns, tardior omnino ad divellenda ſponſalia futurus ſit. Et quamvis hodie odioſum videatur hoc pœnale pactum, cum etiamſi quis pœnam exſolvere vellet, non tamen a ſponſalibus liberaretur, ſed brachio ſeculari ad conſummationem matrimonii adigendus foret: attamen evenire caſus poſſunt ſæpiſſime, ubi illa compulſio amplius ſibi locum non vindicat, e. gr. ſi ſponſus aufugerit, & alibi uxorem duxerit, quo caſu juſte pœnam exigeret ſponſa. Conf. Brouwer. *de Jure Connub. Lib. 1. c. 24. num. 26. in fin.* De cetero ſuppoſita illa ſententia Od. communi, pœnam non admittente, veriſſimum tamen erit, adjectionem pœnæ non vitiare ſponſalia, ſed vitiari, Cypræus *de Sponſal. c. 18. §. 19.*

Hodie pœna adjici poteſt ſponſalibus.

Promiſſio pœnæ an utilis ſit?

§. XV. Quod vero in §. 8. de actione & ſponſu ad intereſſe dictum, & de pœnali ſtipulatione in præcedenti §. adductum, hoc merito & in noſtris Conſiſtoriis obſervandum. Quamvis enim compulſiones illas rigidas ad conſummationem matrimonii damnandas putem, uti demonſtratum eſt pluribus in *Sectione ſequent.* Attamen eapropter non deneganda eſt actio ad intereſſe alteri ſponſorum, qui fidem ſemel datam ſervari cupit: ubi inſuper & pœnam, licet non promiſſam, ex officio dictare poteſt Judex Eccleſiaſticus, ob levitatem in ſacro hoc negotio commiſſam, & fidem temere violatam, unde hoc ipſo *anno 1698. menſe Aug.* pronunciatum in Facultate Juridica Hallenſi; daß Beklagtens *Principalin*, ihres Einwendens ungeachtet, ſich mit Klägern binnen 3. Wochen durch den Prediger *copuliren* zu laſſen ſchuldig; Im Fall ſie aber in Güte binnen ſolcher Zeit ſich hierzu nicht anſchicken wolte, iſt ſie Klägern zu ſeiner *Satisfaction* 200. Thaler,

Pœna hodie citra ſtipulationem impoſſibilium damnanda.

ingleichen dem *Conſiſtorio* daſelbſt eine Straffe von 100. Thaler zu erlegen verbunden, auch ihr dabey, daß ſie in 3. Jahren ſich anderweit ehelich nicht einlaſſe, zu verbieten. V. R. W. Ubi obſervandum eſt, ob jus liquidum, quod ex ſponſalibus publicis, ſine cauſa violatis, pro ſe habet ſponſus, ad pœnam & ſatisfactionem partis læſæ ex officio recte procedi poſſe. Conf. Carpz. *Jurispr. Eccleſ. L. 2. def. 133.* Mev. *P. III. Dec. 383. n. 7.* & cum plerumque jam novos amores in pectore alant illi, qui a ſponſalibus temere reſiliunt, vix aptiorem coercendæ malitiæ modum eſſe, quam ut novæ nuptiæ ad tempus interdicantur. Mev. *P. VI. Dec. 359.*

Ex ſponſalibus eadem, quæ ex pacto, actio datur.

§. XVI. Satis exinde conſtare arbitror, quanta Jure Civili ſponſaliorum ſit obligatio, poſtquam ſimplici pacto illa contrahi cœperunt, ſcil. mere arbitraria, nullo Juris remedio, quo compelli poſſit refractarius, conceſſo. Hodie vero cum Germaniæ moribus major pactorum fides ſit, adeo, ut uno ore adſtruant: Ex omni pacto honeſto ac deliberato efficacem naſci actionem, Mevius *P. 5. Deciſ. 408.* Carpzov. *P. 2. Conſt. 19. def. 17. n. 8.* extra dubium omnino erit, ex pacto ſponſalitio pariter validiſſimam actionem naſci, ad matrimonii conſummationem. Idem multo magis Jure Canonico aſſerendum: Quamvis enim hic non pauci adhuc in dubium vocent, an illo Jure ex pacto nudo naſcatur actio? Hoc enim negat Fachin. *Lib. 2. Contr. 100.* Satis evidens tamen textus eſt in *C. 1. X. de Pact.* ubi illa compulſio per diſciplinam eccleſiaſticam ſine dubio validum jus petendi in foro Canonico ſupponit, de quo Vinn. *de Pact. c. 7. n. 4.* In ſpecie autem ad conſummanda ſponſalia condictionem ex Decretalibus dari dicunt, & quidem ex noſtro *C. Præterea. 1. X. de Sponſal.* Alii actionem matrimonialem hic fingunt. Vid. Hahn. *ad Weſenb. tit. de Sponſal. n. 6. ad verb. illud quoque.* Prior tamen condictio ſive ex Decretalibus, ſive ex Canone, ſive ex moribus, Conſiſtoriorumve LL. commodiſſima eſt, *arg. L. un. ff. de Condict. ex Leg.* Quamvis imploratio officii Judicis in tali caſu ſufficere poſſit, & ſi ullibi diſciplina eccleſiaſtica juxta *d. C. 9. de Pact.* adhibenda, ad ſervandam pactorum fidem, certe hæc in ſponſalibus tanquam negotio magis inviolabili, adhibenda.

Quid Jure Canonico.

§. XVII.

§. XVII. De nexu ſponſaliorum ex Jure Divino major diſputatio eſt, quo ſcil. vinculo conſtringantur ſponſi? Sane nec hic aliam, quam quæ alias de Jure Divino ex quovis pacto naſcitur obligatio, quæ omnino validiſſima eſt, ſubeſſe adverto; quæ quidem eo ſanctius obſervanda, quo majoris momenti inſtans illud matrimonium eſt, de quo fidem interponunt ſponſi. Hinc negari nequit, Jure Divino deſponſatos ad matrimonium conſummandum valide obligari. Certa enim de ſponſalibus non occurrit conſtitutio, & textus, qui in hunc finem ex ſacris adducuntur, vel exemplum ſaltem exhibent; vel nihil aliud inferunt, quam fidem, de matrimonio datam, ſervandam eſſe, quod extra dubium eſt. Hoc quidem non nego, cum plerumque deſponſatio ſub invocatione Nominis Divini, imo ſub jurisjurandi religione fiat, nexum ſponſalitium eo magis confirmari, quo gravius cenſetur ſcelus; fidem invocato Nomine Dei Sanctiſſimo datam fallere, quo ſenſu vera eſt ſententia Brochmandi *in Syſtem. Theol. Loc. de Conjug. p. m. 562. ſect. 3. in fin.* pactionem de conjugio eſſe fœdus Divinum. Verum idem hic nexus ſuberit in quocunque pacto & contractu alio, mediante juramento celebrato. An itaque, ſi juſta cauſa ſponſalibus ſuperveniat, ea propter vel mutuo, vel unius diſſenſu, matrimonii conſummatio declinari poſſit, in ſequentibus differendi dabitur occaſio. Certe & jurata fides tacitam hanc clauſulam habet, ſi res in eodem ſtatu permanſerit. *C. Quemadmodum. 25. X. de Jurejur.* *Obligatio ſponſalitia de Jure Divino.*

§. XVIII. Cum itaque ex conventione ſeu pacto hic naſcatur obligatio ſponſalitia, illa conventio vero vel futurum reſpiciat, vel præſens tempus, nata inde eſt diſtinctio in ſponſalia de *præſenti* & de *futuro*. Sed cum vulgo exiſtimetur, ſponſalibus de præſenti longe majorem vim obligandi ineſſe, quam illis, quæ de futuro ſunt, operæ pretium erit, pauliſper indagaſſe illius diſtinctionis & diſparis obligationis genuinum fundamentum. Diſtinctio illa Jure Civili incognita, ſed a Pontificibus inventa, & auctorem agnoſcit Alexandrum III. Pontif. *in C. 3. X. ſtinctiole Sponſa duorum*, circa annum 1159. quæ repetita poſtmodum ab illis Pontificibus *in C. ult. X. de Conjug. leproſ. C. 22. 31. 32. X. de ſponſal.* conf. Paul. Cypræus *de Sponſal. c. 4. §. 3. n. 3.* & adeo invaluit ubique illa ſponſaliorum diſparitas, ut & in Evangeli- *Sponſalia de præſenti & futuro.* *Origo diſtinctionis.*

corum Conſiſtoriis hucusque in æſtimando ſponſaliorum nexu utramque paginam effecerit. Quo vero de effectu illorum ſponſaliorum diverſo accuratius conſtet, & ſimul conſcientiæ illorum conſulatur, qui a ſponſalibus de futuro temere reſiliunt, quaſi nullo conſtricti vinculo fuiſſent, quidnam proprie per ſponſalia de futuro & de præſenti intelligant Canoniſtæ, ex ipſorum ſententia exponendum, & poſtea vera ſententia ſubjicienda.

Sponſalia de præſenti quænam ſint?

§. XIX. Sponſalia de præſenti a Canoniſtis dicuntur illa, quando per verba præſentis temporis quis teſtatur, ſe fœminam illam uxorem habere velle, & vice verſa, E. gr. *Ego te duco in uxorem; Ego te accipio in maritum.* Sponſalia vero de futuro, quando ſibi invicem futurum matrimonium promittunt, utut hoc per verba obligatoria concipiatur, e. gr. *ego accipiam te in uxorem*; vel: *Ego promitto tibi, me te ducturum in uxorem.* Cum vero variis formulis verborumque conceptionibus ejusmodi ſponſalia contrahi ſoleant, variis etiam diſtinctionibus hic utuntur Canoniſtæ. Thomas Sanchez. *Tract. de Matrim. Lib. 1. diſp. 18.*

Quatuor caſus proponuntur.

n. 9. quadrupliciter diſtingvit, dicendo: Quædam ſunt de præſenti, vel de futuro quoad ſonum & ſignificationem, ut: *Accipio vel accipiam te in meam*; Alia quoad ſonum & ſignificationem de præſenti, ſed propter aliquod adjunctum fiunt de futuro, ut: *Accipio te in craſtinum*: Alia de futuro quoad ſonum, ſed de præſenti propter aliquod adjunctum, ut: *Ex nunc te habebo in meam*: Tandem alia ſunt dubia, quem ſenſum efficiant, ut: *Volo te habere in uxorem, vel eſſe meam.* Primo caſu ſi verba ſint quoad ſonum & ſignificationem de præſenti, verum adeſſe matrimonium cenſet, *d. Diſp. 18. num. 10.* ſecundo caſu tantum adeſſe ſponſalia de futuro, propter adjectum craſtinum tempus, *Id. n. 11.* Tertio caſu iterum adeſſe matrimonium, propter adjectam particulam *ex nunc*, arg. *C. Ex parte 9. X. de Sponſal.* Sanchez. *d. l. n. 14.* Quarto caſu rem dubiam eſſe dicit, variasque opiniones adducit, & tandem concludit *num. 25.* tantum ſponſalia de futuro, non verum matrimonium contrahi, cui ſententiæ in adductis caſibus pariter ſubſcribit Thom. Tamburin. *Theol. Moral. Lib. 8. Tr. 3. §. 3. n. 7. ſeqq.*

§. XX.

§. XX. Apparet autem exinde, ad verba quidem reſpicere Canoniſtas, ſi de præſenti ſponſalia deſcribere velint: At vero negari nequit, etiam per verba præſentis temporis ſponſalia de futuro apud ipſos contrahi poſſe. Quare hic omnino diſtinguendum inter conſenſum præſentem in nuptias, & conſenſum præſentem in ſponſalia: Ille Canoniſtis, ſponſalia de præſenti; hic de futuro facit, quod exemplis declarandum: *Accipio te in uxorem, & accipio te in ſponſam:* utrobique verbum præſentis temporis adeſt, poſteriori tamen caſu tantum ſponſalia de futuro apud Canoniſtas contrahuntur. Quotiescunque ergo verba non diriguntur in præſens matrimonium, toties non adſunt ſponſalia de præſenti. Quotiescunque autem verba de præſenti quidem adſunt, ſed matrimonium ipſum differtur, toties de futuro erunt. Et huc pertinet exemplum, §. *præced.* ex Sanchezio adductum: *Accipio te in uxorem in craſtinum;* ubi remanebunt ſponſalia de futuro, cum nondum adſit intentio in præſenti matrimonium contrahendi. *Vera differentia oſtenditur.*

§. XXI. His ita ſuppoſitis, uti ex genuina Canoniſtarum ſententia omnino ſupponi debent, ſequitur, veriſſimam eſſe Canoniſtarum ſententiam, textum noſtrum *in C. Præterea. 2. X. de Sponſal.* de ſponſalibus de futuro loqui, cum ibi non fides de præſenti, ſed de contrahendo matrimonio fuerit data; & ea propter admitti poſſe ſententiam interpretum, qui in ſponſalibus de præſenti illum textum procedere negant. Quod ſi vero ſponſalia de præſenti more, Doctoribus noſtris conſveto, explicentur, falſiſſimum erit, *dict. Cap.* ad ſponſalia de futuro velle reſtringere, quod oſtendendum erit inferius. Porro exinde veriſſimum evadit, rectiſſime ſponſalia de præſenti pro vero matrimonio reputari, non ſaltem ſenſu Juris Romani, *L. 30. ff. de R. J.* ſed & ſenſu Juris Canonici, *C. Si inter. 31. X. de Sponſal.* *De quibus ſponſalibus agat C. 2. X. de Sponſal.*

§. XXII. Verum & hoc conſectarium inde pleno quaſi alveo: Hodie apud nos ſponſalia de præſenti in ſenſu Juris Canonici vix ulla dari, cum vix fingi poſſit caſus, ubi inter ſponſalia & matrimonium non intercedat una alterave dies; Sed illa tandem erunt vera ſponſalia de præſenti, quando in facie eccleſiæ deſponſati denuo interrogantur ab Eccleſiæ Miniſtro, an alter alterum conjugem accipere velit? tunc enim revera adeſt purus *An dentur apud nos ſponſalia de præſenti?*

purus conſenſus in præſens matrimonium. Porro de præſenti exiſtunt ſponſalia, ſi poſt illa contracta, concubitus acceſſerit, cum eo ipſo præſentem matrimonii conſenſum abunde teſtentur, Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 132.* Haveman. *Gamol. L. 1. Tit. 10. p. 114. Reg. 3.* quod & agnoſcit Jus Canonicum in *C. 30. X. de Sponſal.* Si dixeris: utrobique tamen adhuc copula ſacerdotali opus eſt. Reſp. Concedo, verum non ut fiant conjuges, ſed ut tales declarentur & precibus DEO commendentur. Non enim hic prolabendum eſt ad Pontificiorum hypotheſin, qui per verba de præſenti quidem matrimonium conſtitui dicunt, ſed non Sacramentum; utpote quod demum accedente copula ſacerdotali perficitur; quamvis & hoc paſſu a ſe invicem diſſentiant.

Quid de copula ſacerdotali?

§. XXIII. Diſtinctionem vero illam inter ſponſalia de præſenti & de futuro primo omnium quidem impugnare cœpit B. Lutherus, *in Libello* von Eheſachen. *Tom. VI. Witteberg fol. 260.* Nam probe advertebat, verborum diverſitatem præſentis & futuri temporis idiomati Germanico vix quadrare, cum perinde Germani conſenſum præſentem exprimant, ſive dixerint: Ich nehme dich zum Weibe; ſive: Ich will dich zum Weibe nehmen; add. Cyprianus *de Sponſal. c. 4. §. 8. n. 3.* Poſtea tamen tolerari poſſe illam diſtinctionem dicit, ſi ſponſalia de futuro reputentur illa, ubi conſenſus ſub certa conditione ſuſpenſus; ubi vero pura promiſſio, ibi eſſe ſponſalia de præſenti. Conf. Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 130.* Carpz. *Pr. Crim. P. 2. qu. 56. n. 23. ſeqq.* Paulo aliter illam diſtinctionem explicandam cenſet Theodor. Beza *Tr. de Repud. p. 6. ſeq.* quamvis & ipſe nimium verbis præſentis & futuri temporis indulgeat, & ſponſaliorum ſponſiones cum ipſis ſponſalibus confundat, obſervante Brouwero, *de Jur. Connub. L. 1. c. 2. n. 9.*

Lutheri ſententia de diverſitate ſponſaliorum.

§. XXIV. Retenta ergo fuit in eccleſiis Evangelicis illa B. Lutheri ſententia, & ex eo tempore aliter quam Jure Canonico ſponſalia de præſenti & de futuro explicari cœperunt; quapropter negotium hoc ex recepta inter nos ſententia jam exponendum. Sponſelia *de præſenti* ſunt, ubi præſens adeſt conſenſus ſponſalitius; De *futuro* autem, ubi conſenſus ſponſalitius, nondum præſens adeſt, Lauterbach. *ad tit. ff. de Sponſal.* Eckolt. *ad d. t. ff. n. 2. aliique paſſim;* quod vel contingit, ob defectum facul-

Quomodo hodie admittatur?

acultatis conſentiendi, quorſum pertinent ſponſalia impube-
um; quæ quibuscunque etiam concepta ſint verbis, tamen de
uturo manent, *t. t. X. de Deſponſ. impub.* vel quod expreſſe in cer-
um eventum conſenſus ſuſpendatur; quorſum pertinent pro-
iſſiones conditionatæ; vel in diem certum dilatæ. Ubi ta-
en iterum intereſt, an illa dilatio conſenſus concernat ipſam
bligationem ſponſalitiam, an matrimonii conſummationem.
oſterius enim hoc non impedit, quo minus pure contracta di-
poſſint ſponſalia. E. G. Si ſponſalia contrahantur, hoc pacto,
e ante lapſum biennii ad conſummandum matrimonium obli-
etur, executionis enim dilatio obligationem ipſam nunquam
ſpendit.

§. XXV. Mihi vero ſemper viſum fuit, aut plane rejiciendam ſe hanc diſtinctionem, ſicut & a variis Dd. illa rejicitur; aut ali- r explicandam eſſe, & quidem ſequenti modo: aut promittun- r ſponſalia: aut promittuntur *nuptiæ*: aut conſentiunt in præ- ns matrimonium. Ad hæc membra reduci poterit & Canoni- arum ſententia, & ratio diſtingvendi ſponſalia in noſtris Eccle- s retenta. Quæ ipſa commode ſatis etiam idiomate Germa- co diſtingvi poſſunt: Ich verſpreche hiermit, daß ich mich mit verloben will: Ich verſpreche hiermit, daß ich ſie heyrathen will: ch nehme ſie hiemit zu meiner Ehefrau an. Primo caſu revera ntrahuntur SPONSALIA de FUTURO, & hæc ea propter ſcribo, ad imitationem Florentini JCti, quod ſint *mentio & re- omiſſio futurorum ſponſaliorum.* Horum Jure Rom. nullibi fit entio, fundamentum tamen omnino in eodem Jure habent. ut enim pactum de vendendo ab ipſa venditione; venditio ro conſenſu expedita, ab illa, quæ per traditionem conſumma- plurimum diſtat; ita quoque inter pactum de ineundis ſpon- bus; inter ſponſalia ipſa conſenſu expedita, & inter ſponſa- actu connubiali conſummata neceſſario admittenda eſt diver- as; quo argumento etiam utitur Hahn. *ad Weſenbec. tit. de onſal. n. 3.* Et priorem illam diverſitatem, inter pactum de ſpondendo & ipſa ſponſalia agnoſcit etiam Brouwer *de Jure nnub. Lib. 1. c. 2. p. 9.* Beza *de Repud. p. 6. & 7.*

Subjicitur vera ſententia.

Sponſalia de futuro quænam proprie ſint?

Tractatus ſponſalitii an ſint ſponſalia de futuro.

§. XXVI. Quare non confundendi ſunt *tractatus de* ſponſalibus cum ſponſalibus de futuro; Sane tractatus in nullo negotio Juris vinculum inducunt, cum longe alia ratio ſit tractatuum & contractuum, Franciſc Niger Cyriac. *Contr. forenſ. 452. n. 16. ſeqq.* Alexandr. *Lib. 1. Conſ. 28. n. 3.* Unde nec tractatus de ſponſalibus pro ſponſalibus de futuro haberi queunt: Quamdiu enim de ſponſalibus adhuc celebrandis agitur, tamdiu nulla adeſt promiſſio, & ſic nec obligatio. Quippe omnino verum eſt: Eine Anwerbung macht keine Verbindung, ſed ſponſo ſemper reſilire fas eſt, antequam reſponſum a ſponſa vel ejus parentibus receperit. Unde concludunt Dd. quod ex ejusmodi præparationibus ſponſaliorum, in quibus nondum pactiones ſponſales inſtituuntur, ſed προβουλευτικῶς de futura deſponſatione tractatur, non inducant obligationem, ſicut ex Chemnitio monet Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 130. in med.* Joh. Koppen. *Decad. I. Enucleat. 4. num. 44.* Quod ſi vero quis fidem jam alteri dederit, ſe cum illa contrahere velle ſponſalia, nexus aliquis jam tum adeſt, qui quidem Jure Rom. ob denegatam nudo pacto efficaciam nullius momenti; apud nos tamen hæc promiſſio pro penitus invalida eapropter reputari nequit, cum ex omni pacto efficax naſcatur, actio æque valida, quam ſi ſtipulatio interveniſſet.

De promiſſione ſe nullam aliam quam hanc ducere velle.

§. XXVII. Et ex hoc jam decidendum erit, an aliqua ſit obligatio, ſi quis virgini fidem dederit, ſe cum nulla alia ſponſalia contracturum, quam cum ipſa. Certum enim eſt, hoc caſu præſentem obligationem ſponſalitiam nondum adeſſe; hinc utut ſummopere diſputent Moraliſtæ, communiter tamen concludunt, tali caſu non contrahi ſponſalia, Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Diſp. 19. n. 5.* Gutierrez. *Canon. Quæſt. Lib. 1. c. 21. n. 13.* Interim negari nequit, ex hoc pacto: Wenn ich heyrathen ſolte, ſo wolte ich keine andere haben, als ſie, obligationem virgini, hanc promiſſionem acceptati, & repromittenti, quæſitam eſſe, non quidem, ut ille cum hac ſive ſponſalia pura, ſive nuptias contrahat; attamen, ſi ille juvenis poſtea aliam ſibi deſpondere velit, interpellare merito & impedire hæc ſponſalia poſſit, ob jus ex pacto ſibi quæſitum, Gutierrez *d. n. 13.* Sanchez *d. Diſp. 9. n. 8.* Add. Beſold. *Theſaur. pract. Sub Voc.* Wollen. *p. 1009.* Ex quo exemplo ſatis abundeque conſtat, quantum inter tractatum de ſponſalibus,

ſalibus, & inter promiſſionem futurorum ſponſaliorum interſit. Et huc iterum quadrat argumentum a pacto, de re non alii, quam mihi vendenda, deſumptum, quod quamvis ipſum non adſtringat, ut mihi rem vendat; eatenus tamen efficax eſt, ut ſi quis illam rem alteri vendere velit, ego vi illius pacti, quam ex moribus habet, alium emptorem impedire poſſim, quippe cum notiſſimum ſit, tali pacto acquiri jus protimiſeos.

§. XXVIII. Ceterum cum caſus ille in converſatione juvenum virginumque non infrequens ſit, ubi futuram connubii ſpem talibus verbis ſibi faciunt, merito hic obſervandum cenſeo, ſupponere nos in *præced. §.* promiſſionem illam fuiſſe ſeriam, & in præſentia teſtium factam; Nam ſi ſponſalia ipſa clandeſtina, nullius efficaciæ in Conſiſtoriis ſunt, quis ex verbis hic ex parte adhuc dubiis obligationem ad ſponſalia natam eſſe diceret, ſi clam, & remotis arbitris, ex cœco amoris œſtro hæc prolata ſint. Unde in facto de hac promiſſione ita reſpondendum cenſui: Ob wohl Charitilla dem Anſehen nach in ihrer Intention wider Titium gegründet, weil (1.) beyde Perſonen keiner väterlichen Gewalt mehr unterwürffig geweſen, und alſo ſie freye Macht, gehabt ſich zu verloben, wozu ein mehrers nicht, als ihrer beyderſeits Wille, und Gemüths-Erklärung nöthig geweſen. *L. 30. ff. de Reg. J. L. 4. ff. de Sponſal.* (2.) An ſolchem Willen und Gemüths-Erklärung um ſo viel weniger zu zweifflen, weil ſie ihre Beſtändigkeit und Treue im Lieben einander durch ſo viel bewegliche Liebes-Briefe zu verſtehen geben, quæ literæ amatoriæ inducere & probare poſſunt ſponſalia. *L. fin. ff. de Sponſ.* Covarr. *de Matrim. §. 2. c. 4. pr. n. 16.* Sicut & verba obſcura in literis amatoriis occurrentia, ita explicanda, ut tendant in favorem matrimonii. Petr. Müll. *de Liter. amat. th. 25.* Welches (3.) um ſo viel mehr ſtatt finden muß, indem der Titius ſo wohl vor, als nach ſeiner Abreiſe mit der Charitilla allezeit dergeſtalt freundlich umgangen, als wenn ſie verlobte Leute geweſen, alſo daß auch andere, bey welchen ſich Charitilla auffgehalten, daraus eine Verlobung vermuthet; Tractatio vero ſponſalitia probat ſponſalia, per tradita Maſcardi *de Prob. Vol. 2. Concl. 1025. n. 3.* Wie denn (4.) der Titius ſelber zugeſtehet, daß er ihr auf ſolche Art ſich verbunden, wie er zwar nicht gedächte ſich zu verheyrathen, ſolte er aber einmahl heyrathen wollen, und daß ers

Quatenus obliget promiſſio de ducenda alia.

Caſus. Rationes dubitandi.

wohl thun könte, wolte er ihr verſprechen, daß er alsdann Niemand nehmen wolte, als ſie, qualia verba, nolo habere aliam in matrimonio, niſi te, important matrimonium, per tradita Menoch. *de Præſumt. Lib. 3. præſ. 3. n. 7. & 8.* Et ſi ſponſus loquatur per verba futuri temporis, nihilominus favore matrimonii ſponſalia cenſentur contracta de præſenti. Alexand. *Vol. 5. Conſil. 152. n. 4. & Conſ. 153. n. 3.* Præpoſ. *in C. Ex parte. n. 7. X. de Sponſal.* Wie denn (5.) die von dem Titio damahls genommene Dilation, daß, wenn er heyrathen würde, alsdenn Niemand anders nehmen wolte, als ſie, anietzo erfüllet, indem er eine andere zu heyrathen geſonnen; Purificatur vero actus exiſtente conditione, ſub qua ille hactenus ſuſpenſis. *arg. §. 4. Inſt. de Verb. Obl. L. 41. ff. de Obl. & Act.*

Rationes decidendi.

Weil aber dennoch (1) bey dem Titio gantz keine Intention zu heyrathen geweſen, indem er der Charitillen mit dürren Worten geſagt, er wäre entſchloſſen ſein Lebelang nicht zu heyrathen; Ubi vero deficit voluntas contrahendi ſponſalia, ibi nec obligatio ex ſponſalibus naſci poteſt, quia hæc ſine conſenſu non conſtituuntur, *L. 3. de Sponſal.* actus enim agentium non debent extendi ultra intentionem. *L. Non omnis. 19. ff. Si certum petatur.* Card. Tuſch. *Pract. Concl. lit. A. Concl. 125.* Et actus quantumcunque favorabilis contra voluntatem agentis minime ſuſtinet, *L. Verbis. 7. ff. de Vulg. & Pup. ſubſtit.* Et ibi Dd. Koppen. Decad. *1. Enucl. 4 n. 105.* (2.) Er auch durch unterſchiedene Briefe ihr ſolches zu verſtehen gegeben, daß ſie ſich keine Hoffnung machen, ſondern ihr beſtes beobachten, und ihr eigen Glück nicht verſtoſſen ſolte, darüber ſie zwar in ihren Briefen ſehr ſchmertzlich klaget, und ihn zu einer beſtändigen Liebe zu bewegen ſuchet, more fœminarum, quæ amorem magis ſectantur, quam maſculi. Tiraquell. *ad Leg. Connub. 9. n. 84.* Sie beziehet ſich aber im geringſten nicht auf eine Verlobung oder gewiſſes Verſprechen, ſo ihr von dem Titio gemacht ſeyn ſolte, ſondern geſtehet gar gerne in einem an ihn geſchriebenen Briefe, daß Titius Herr ſeines Willens bleiben möge, denn wo ſie ihn nicht glückſeelig machen könte, wolte ſie ihn auch nicht unglückſeelig machen. Bittet aber indeſſen, ſie dennoch zu lieben, woraus zugleich augenſcheinlich zu erſehen, daß ſie auch ohne Hoffnung der Heyrath von ihm geliebet zu werden verlanget. (3.) Iſt alles, was unter ihnen der Verlobung halber paſſiret, in geheim

heim geſchehen, und würde alſo, wenn gleich die Verlobung würcklich geſchehen wäre, nur eine clandeſtina deſponſatio daraus entſtehen, nun iſt aber genugſam bekant, quod talis deſponſatio de jure non obliget, Carpzov. *Jurisprud. Eccleſ. Lib. 2. def. 33.* Petr. Heigius. *P. 1. Q. 22. n. 33.* wie ſolches deutlich in der Chur-Sächſiſchen Ehe-Ordnung verſehen, daß, wenn beyderſeits Perſonen ſolche Verlobung gleich zugeſtanden, (wie doch in gegenwärtigem Fall geſchiehet, ſelbige dennoch ungültig ſeyn ſolte. *Ordin. Eccleſ. Elect. Tit. Von Ehe-Sachen. Rubric. Von Ehegelæbniſſen.* Wie auch eben dergleichen iſt in der Marck Brandenburg verordnet, daß nehmlich die heimlichen Verlöbniſſen gäntzlich ſollen verbothen ſeyn, und ſolten die Verordneten des Conſiſtorii, ſolche ohne Beyſeyn redlicher Leute geſchehene Verlobung, ob ſie gleich bezeuget werden könte, vor unkräfftig und unbündig erkennen. (4.) Kan die Charitilla ſelbſt nicht in Abrede ſeyn, daß die prætendirte Verſprechung nur auf künfftige ungewiſſe Fälle geſetzet, daß, wenn der Titius heyrathen wolte, und könte, es alsdann keine andere ſeyn ſolte, als ſie, dadurch ſich der Titius liberam voluntatem nuptias contrahendi vorbehalten, derhalben die Dd. ſchlieſſen, ſi aliquis dixerit, *ſi volo nubere, volo nubere tibi*, non conſtituit ſponſalia, Cypræus *de Sponſal. c. 4. §. 12. n. 19.* Idem eſt, ſi quis dixerit: *Si volo uxorem ducere, nullam aliam præter te ducam:* quam veriorem ſententiam dicit Thom. Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Diſp. 19. n. 5.*

Und hindert dieſem alles nichts, was oben loco rationum dubitandi angeführet, denn was die (1.) Ration betrifft, iſt gantz keine Conſequens, ſie habe die Macht gehabt ſich zu verloben, derohalben ſie ſich würcklich verlobet; Sponſalia enim non præſumuntur, ſed debent plene ac concludenter probari, per *C. 1.* & ibi Gloſſ. *X. de Clandeſtinis deſponſ.* Angel. Cardin. Celſus *Deciſion. Rot. Rom. 374. n. 1.* Decius *Conſil. 133. n. 2.* Die (2.) Ratio dubitandi wegen der gewechſelten Liebes-Briefe ſcheinet zwar einige Erhebligkeit zu haben, aber wenn ſelbige genau unterſuchet wird, wird ſich finden, daß durch ſolche Briefe die Heyraths-Gedancken der Charitilla vielmehr zweiffelhafft gemacht, als confirmiret worden. Vid. ſupr. Rat. *decid. 2.* Und ob zwar der Titius, nachdem er ihr geſchrieben, daß ſie auf ihn keine beſtändige Hoffnung ſetzen, ſondern vielmehr ihr Glück ſonſten ſuchen möchte, nicht deſto minder mit dergleichen Liebes-Be-

Reſponſio ad Rationes decidendi.

zeigungen angefüllten Briefen continuiret, ſo iſt doch ſolches auff der Charitilla eigenes Anhalten geſchehen, daß, wenn gleich keine Hoffnung der Heyrath, er ſie nichts deſto minder beſtändig lieben möchte, derohalben er ihr die verlangte Careſſen in Briefen nicht verſagen können, damit er nicht einer Unhöfflichkeit beſchuldiget werden mögte, und heiſſet es hier billig: amantes redamamus, Tiraquell. *de LL. Connub. L. 13. n. 43.* & juvenilem ætatem decet, amare & amari. Tiraquell. *d. L. 6. n. 9.* Quæ itaque ex nimio amore ſcribuntur, illa ſcribentem non obligant. Petr. Müll. *de Literis amat. th. 12.* Et literæ illæ amatoriæ continentes verba, melculum, corculum, columba, turturilla, & alias hujus generis ſvaves viridorum amorum ineptias, ſponſalia non conficiunt. D. Havem. *Gamol. Lib. 1. tit. 7. poſit. 3. n. 4. in fin.* & Dd. ab ipſo citati. Unde etiamſi quis in talibus literis blandis verbis aliquam vocaverit uxorem ſuam, attamen exinde ſponſalia vel matrimonium non probantur, Cypræus *de Jure Connub. c. 9. §. 24. n. 2.* Tunc ergo literæ amatoriæ probabunt, ſi facta interpellatio, an puella ſecum velit matrimonium contrahere, puella vel literas acceptaverit, & reciprocis literis conſenſum matrimonialem expreſſerit, Cypræus *d. c. 9. §. 21.* Die (3.) Ratio dubitandi dürffte noch eine gröſſere Verbindlichkeit machen, indem ein Conſenſus ſponſalitius eben ſo wohl facto, als verbis exprimiret werden kan, wenn nicht hingegen allhie non priſca morum ſeveritas, ſed præſens vitæ aulicæ liberior ratio in Conſideration zu ziehen, da die Cavallier und Dames in ſo groſſer Freyheit converſiret, und die ungemeine Familiarität mit dem Titul der Galanterie bekleiden, daß ein ander, ſo dergleichen Converſation ungewohnt, leicht eine Verlobung præſumiren ſolte, und alſo, was die Dd. de tractatione ſponſalitia ſchreiben, quod illa ex oſculis & amplexibus præſumatur, auf die heutige freye Converſation mit dem Frauenzimmer nicht kan gezogen werden; Nova enim converſatio a ſeculorum priorum aſperitate penitus receſſit, uti in alio quodam caſu, bene tamen quoad præſentem, loquitur Imper. in §. *fin. I. de Nox. act.* unde quæ alias contra oſcula ſtatuta, quod ſcil. propter ea etiam aliquando quis feudo privari poſſit, *arg. 1. Feud 5.* Vultej. *de Feud. L. 1. c. 11. n. 31.* communiter limitatur a Dd. niſi mos regionis aliud induxerit. Brunnem. *de Oſcul. §. 26.* Die (4.)

Ratio

Ratio dubitandi hat ihren Abfall aus der Ratione decidendi 4. und iſt ein groſſer Unterſcheid, wann geſaget wird, ich will keine andere zur Ehe haben als ſie, de quo Menochius loquitur, und wenn ich einmahl freyen werde, ſo ſoll es keine andere ſeyn, ubi plane non eſt animus ſe obligandi aut deſpondendi, es iſt auch ohnedem der Wahrheit ähnlicher, quod ſponſalia de præſenti non præſumantur, ſed ab allegante probanda ſint. Kopp. *Decad. 1. Enucl. 4. n. 186.* und obgleich der favor matrimonii groß, ſo muß dennoch wohl obſerviret werden, ne matrimonii favore abutaris in perniciem partis adverſæ. Beſold. *P. 2. Conſil. 80. num. 3.* Hiedurch auch zu gleich die (5.) Ratio dubitandi ihren Abfall hat, weil Titius, da keine Obligatio, vielweniger eine Promiſſio ſponſaliorum coram teſtibus vorher gegangen, ſeinen freyen Willen behalten, mit wem er ſich verloben wolte.

So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß Titius von der Chariſillen Anſpruch zu abſolviren ſey. V. R. W. *Deciſio.*

§ XXIX. Jam ſequuntur illa ſponſalia, ubi adeſt *præſens conſenſus ſponſalitius*, & hoc intuitu ſponſalia Juris Rom. non de futuro, ſed de præſenti ſunt dicenda, licet ratione inſtantis matrimonii vulgo dicantur de futuro; & huc refero Florentini deſcriptionem: Quod ſint *merito & repromiſſio futurarum nuptiarum*, quæ ſponſalia de præſenti pariter vocat Cypræus *de Sponſal. c. 2. §. 3.* Qua ratione intelligenda communis Doctorum ſententia, dicentium, Jure Romano nulla ſponſalia dari de præſenti, ſed omnia eſſe de futuro: Admitto enim hoc, ſi de futuris nuptiis quæſtio ſit; nexus tamen ſponſaliorum omnino præſens eſt. Ubi vero præſens obligatio ſponſalitia, ibi quoque ſponſalia de præſenti, ſive *ex nunc* obligatoria adſint, neceſſum eſt. *Sponſalia Juris Civili an ſint de præſenti?*

§. XXX. Quorſum ergo tandem *conditionata* referenda erunt ſponſalia? Sane in his non promittuntur ſponſalia, ſed jam contracta ſunt, & conſenſus ſaltem in caſum aliquem dilatus. Verum cum conditio nihil ponat, & ex notiſſima Juris regula, illud, quod pendet, non habeatur pro eo, ac ſi eſſet, *L. 169. §. 1. ff. de R. J.* merito illorum ſententia retinenda, qui ſponſalia conditionata pro futuris reputant, cum in præſenti nulla adhuc dum obligatio ſponſalitia adſit, ſed ex futuro eventu dependeat. Interim verum omnino eſt; Ex ſponſalibus etiam conditionatis adeſſe *De conditionatis ſponſalibus.*

esse nexum quendam sponsalitium, non quidem ut pendente conditione altera pars compellatur ad consummandum matrimonium; sed ut altera pars adstringatur ad expectandum conditionis eventum, nec interim ipsi cum alio sponsalia celebrare fas sit, Carpzov. *Jurisprud. Eccles. Lib. 2. def. 21.* Huc applicari merito possunt jura de conditionali obligatione disponentia, quod, licet nec cesserit, nec venerit dies, *L. 213. ff. de V. S.* & hoc sensu nulla obligatio adesse dicatur, *L. 37. ff. de Contr. empt.* nihilominus eventum expectare teneantur contrahentes. Eveniente enim conditione retrotrahitur illa ad principium contractus, & ita obligatio conditionalis purificatur, *L. Si filius. 78. ff. de V. O. L. Necessario 8. §. 1. ff. de Petit. & comm. rei vend. L. 36. ff. de Rebus cred.*

An hic locus pœnitentiæ?

Nullus ergo in contractu conditionali pœnitentiæ locus est, quamdiu pendet conditio, sed spes illa obligationis etiam ad hæredes transmittuntur, *§. 4. de V. O.* si modo ipsa obligatio, qualis sponsalitia est, non sit personalissima, & hinc recte B. Lutherus *Libell.* Von Ehe-Sachen. *p. 260.* sponsalia conditionata servanda esse asserit, nisi gravissimæ causæ superveniant.

Sponsalia de præsenti quæ sint Jure Canonico?

§. XXXI. Tertium distinctionis nostræ membrum §. XXV. propositum, jam excutiendum, ubi contrahentes in præsens matrimonium consentiunt: E. g. *Ego te accipio uxorem;* illa vero: *Et ego te accipio maritum*, de qua loquendi formula & efficacia vocis *accipere*, eleganter egit Cypr. *de Sponsal. c. 4. §. 6. & seqq.* Scilicet, illa voce Romani quondam consensum nuptialem declarabant; nec enim existimandum est, quamvis & nostro Jure Civili consensus faciat nuptias, *L. 30. ff. de R. J.* eandem fuisse rationem exprimendi consensus sponsalitii & nuptialis, de quo vide, quæ dicta superius §. XI. Et hunc promittendi modum Canonistæ vocant *sponsalia de præsenti.* Verum cum ipsi fateantur, contrahi hac ratione matrimonium, merito alii asserunt, non amplius sponsaliorum nomen illi conjunctioni tribui, sed matrimonium dici debere. Raro quidem hæc concurrere solent, ut uno quasi momento fœmina & sponsa & uxor fiat, de quo Brouwer. *de Jure Connub. Lib. 1. c. 2. n. 9. vers. quod dicunt.* Fieri tamen hoc posse, nemo negaverit, utpote, si in certum diem differantur sponsalia hoc pacto, ut mox matrimonio sibi jungantur. Et quamvis hoc castitas nostrorum temporum vix patiatur,

ubi

Digitized by Google

ubi non ſine proclamatione permittuntur nuptiæ: Attamen non deſunt exempla plane illuſtria, ubi eodem die & ſponſalia & nuptiæ celebrata. De talibus ergo ſponſalibus abuſive ſic dictis, veriſſima eſt ſententia, illa eſſe ipſum matrimonium, declarandum ſaltem per ſacerdotalem benedictionem, & conſummandum per copulam carnalem. Et ad hanc ſpeciem ſponſaliorum (quamvis improprie ſic dictorum,) referenda ſunt, quæ Dd. ſponſalibus noſtris de præſenti, minus caute interdum, adſcribunt.

§. XXXII. Jam progreſſus nobis facilior erit ad ſpecialiora, adductis modo fundamentis applicanda. Et neminem inter noſtros jam eſſe reor, qui non conceſſurus ſit; Quoties pure & ſine omni conditione fides data de contrahendo matrimonio, toties ſponſalia de præſenti in ſenſu Conſiſtoriorum noſtrorum eſſe contracta: nihil enim amplius exigunt, quotquot ex Noſtratibus de connubiorum jure egerunt; quod cum vulgo notum ſit, aliorum auctoritatibus oſtendere ſupervacuum fore exiſtimo. Atqui vero de illius generis ſponſalibus κατὰ τὸ ἐντὸν agit textus noſter *in C. Præterea. 2. X. de Sponſal.* ut mirari non ſatis poſſim, quare Doctores noſtri adeo improvide ad ſenſum Interpretum Pontificiorum illum textum noſtris ſponſalibus de futuro applicent, & exinde pœnitendi facultatem evincere conentur, quod facit Carpz. *Lib. 2. d. 18. n. 1.* Joachim. a Beuſt. *de Matrim. pag. 13.* etiam altera parte invita, Haveman *in Gamolog. Lib. 1. Tit. 10. n. 4.* ita ut ab eccleſia non compellendus ſit ad fidem datam ſervandam, Koppen. *Dec. 1. Enucleat. 4. n. 172.* cum tamen ibi perſpicue agatur de ſponſalibus noſtris de præſenti, hoc eſt, pure & ſine omni conditione contractus. Hic vero pœnitendi licentiam concedere velle alterutri, nihil aliud eſſet, quam facultatem fallendi fidem ſponſalitiam indulgere.

Quæ in Conſiſtoriis de præſenti dicantur?

Applicatur ad C. 2. X. de Sponſ.

§. XXXIII. Exinde non obſcurum fore arbitror, quid ſentiendum ſit de receptiſſima illa, in foro pariter & cathedra, opinione; Sponſalia de futuro tolli per ſponſalia ſubſequentia de præſenti. Quamvis enim non negandum, ſententiam hanc in Jure Canonico fundatam eſſe, *C. 22. X. de Sponſal.* non tamen illa *illa, quæ* in Conſiſtoriis admittenda eſt. Ipſe B. Lutherus *loc. cit.* incuſat Pontificiorum mores; Daß ſie lauter Narrenſpiel getrieben ha-

Sponſalia de futuro an tollantur per illa, quæ de præſenti.

ben, cum verbis de præſenti, vel futuro, und damit viel Ehen zerriſſen. Ergo ſanctior apud nos eſſe debebat etiam ſponſaliorum de futuro nexus. Unde non admittendum, quod Carpz. *Lib. 2. d. 18. n. 3.* aſſerit: *Noſtrates parum curant ſponſalia de futuro, non ſolum, quod effectu ſuo genuino deſtituantur; dum ſcil. contrahentes non firmiter obligant; ſed etiam, quia in lingva germanica non accurate ſemper verba de futuro diſtingvuntur a verbis de præſenti.* Si enim illa ſponſalia de futuro intelligit, de quibus in noſtro *C. Præterea. 2. X. de Sponſal.* ad quem textum ibi provocat, illa ſane in noſtris Conſiſtoriis ſunt de præſenti, & hinc validiſſime obligant: ſi vero ad pactum de futura deſponſatione reſpicit, nec hic obligationem abeſſe evincimus, ſupra *§. XXV. ſeq.* Quod ſi tandem ſimplices tractatus ſponſalitios pro ſponſalibus de futuro ſupponat, illa nec ſponſaliorum nomen merentur; vid. ſupra §. *XXVI.* nec textus ab ipſo allegati ad illum caſum quadrabunt, in quo ſubinde a Dd. aliis etiam peccatur, quod deciſionem textuum Juris Canonici retineant, quo ſenſu tamen illud Jus Canonicum aſſerat, non attendant, unde non niſi incongrua illius Juris applicatio naſci potuit.

Inquiritur in rationem.

§. XXXIV. Quare autem ſponſalibus de futuro præferenda ſint illa, quæ de præſenti appellant, Theod. Beza *Tr. de Repud. pag. 7.* ſequentibus explicat: *Poſt ejuſmodi ſponſalia de futuro duntaxat, ſi quis aliam ſibi vere deſpondit, rata erit poſterior promiſſio: ac proinde prior, quod ad obligationem attinet, vana fuiſſe declarabitur, quoniam aliud eſt re ipſa ſeſe obligare, quam faciendam obligationem promittere. At enim, inquies, quantumvis ſimplex promiſſio conſcientiam ligat. Neque vero inficior longe rectius facere, qui fidem quoquo modo datam præſtet, quantum in ſe eſt, præſertim ſi jusjurandum interpoſitum ſit: ac gravem etiam reprehenſionem in eccleſiæ mereri, qui mutatæ voluntatis cauſam idoneam non afferet; imo etiam in foro juſte damnari, quanti intererat, promiſſionem illam impleri, ſi in culpa fuiſſe deprehendatur. Sed tamen eum, qui tantum futuram obligationem promittit, exiſtimo videri poſſe omnino, quum tacite ſaltem ſibi ſpatium ad ampliorem deliberationem petat, liberam ſibi facere mutandi conſilii facultatem, quod in iſto præſertim tanti momenti contractu merito obſervatur, ut ex ejuſmodi pollicitatione præciſe obligatus videri non poſſit.* Quibus verbis eatenus ſubſcri-

ſcribendum cenſeo, quatenus promiſſionem deſponſationis pro ſponſalibus de futuro reputat, & concedit illam ſimplicem promiſſionem conſcientiam obligare; addendum exiſtimo, obligare illam etiam in foro exteriori, propter efficaciam pacti hodiernam, ſi modo coram teſtibus hæc promiſſio facta, ne plus roboris hæc de futuris ſponſalibus promiſſio habeat, quam præſens deſponſatio, uti dictum §. *XXVIII.* Quod ſi hoc, ſane jus habebit virgo, cui promiſſio facta, urgendi executionem pacti, & ita impediendi deſponſationem alterius. Vi enim illius pacti facultatem ſe alii obligandi amiſit ſponſus, pari modo, ſicut antea §. XXV. pactum de vendendo, extraneum emptorem repellere dixi. Si ergo jus ſponſalia ineundi non habuit amplius, quo juris prætextu, ſi hoc de facto fecerit, nova hæc deſponſatio ſuſtinebitur? Aliud omnino foret, ſi actu contraxiſſet matrimonium; ibi enim eatenus pro poſteriori connubio pronunciandum, quatenus res poſteriori vendita & tradita, actionem priori emptori auffert ad rem ipſam conſequendam, per *L. Quoties. 15. C. de R. V.* ſalvam tamen ipſi actionem ad intereſſe conſervat: Et hujus intereſſe refuſionem recte hic locum ſibi vindicare, aſſerit Beza; quod tamen alii plerumque omittunt, qui nullam ſponſaliorum de futuro obligationem agnoſcunt; quod ſi verum foret, omnino etiam intereſſe præſtare præſtatio ceſſaret. Quare ad minimum pronunciandum eſſe exiſtimo; ſi ſponſalibus de præſenti palma concedenda, diſcedentem tamen a ſponſalibus de futuro, ſive a promiſſis ſponſalibus ad intereſſe refundendum priori ſponſæ obligatum eſſe, imo & actione injuriarum diſcedentem conveniri poſſe, ſalva inſuper pœna fiſcali, Mevius *P. 8. Deciſ. 42.*

§. XXXV. Eandem meretur cenſuram, & illa pariter recepta opinio: Sponſalia pura poſteriora præferri conditionatis anterioribus, Carpz. *L. 2. def. 70. qui n. 7.* illud extendit, quamvis conditio adjecta extiterit; qua in parte ſecutus eſt Canoniſtas, Panorm. *C. Per tuas. X. de Condit. appoſ.* cui communiter adſtipulantur alii, Bechſtad. *de Condit. ſponſal. P. 1. cap. 3. n. 6.* Beuſt. *Sponſal. c. 19. §. Ceterum.* Schneidewin. *Tit. de Nupt. P. 1. num. 37.* Mauſer. *de Matrim. pag. 321. verb. Nunc eſt viſus.* Facile admitti poſſet hæc ſententia, ſi ſupponeremus, ex ſponſalibus conditionis

Sponſalia pura, an præferenda conditionatis priori-bus?

natis plane nullum nasci vinculum; verum jam superius §. XXX. demonstratum est contrarium. Ergo non permissum erit, pendente conditione aliam sibi despondere, quod exemplo venditionis iterum evadet manifestissimum. Domus Titio sub conditione vendita; pendente conditione porro eadem venditur Mevio, postea existit conditio, quæritur, quis ex emptoribus potior? sine dubio pro conditionali emptore Titio pronunciandum, suppono enim iterum domum posteriori nondum esse traditam; alioqui enim obtinebit decisio *L. Quoties. 15. C. de R V.* licet salva maneat Titio contra venditorem actio ad interesse, uti dictum §. *præced.* Aliud argumentum desumi potest ex re uni pure, alteri sub conditione obligata, *ex L. 11. §. Videamus. ff. Qui pot. in pign.* Regeri quidem pro posteriori desponsatione pura potest: retractionem conditionis sibi non amplius locum vindicare, postquam intervenit impedimentum retractionem impediens. Respondeo tamen, illud impedimentum debere esse legitimum; atqui vero tale non erit, quod de facto refragante jure intervenit; modo nihil egisse censendus est, qui jure resistente contraxit, *arg. L. Non dubium. 5. C. de LL.* Quo ipso corruit ratio, quæ in contrarium urgeri solet; quod, cum sponsalia conditionata pendente conditione nullam obligationem inducant, sequatur, sponsalia, pure interim contracta, mox esse obligatoria, & hinc tanquam prima, scil. quoad vim obligandi, conditionatis esse præferenda. Destructa enim potestate, seu pendente conditione obligandi, nulla interim obligatio. & per consequens nec sponsalia contrahi potuerunt. Et huic sententiæ subscribit Cypr. *de Sponsal. Cap. 8. §. 3. n. 3. sq.* & B. Lutherum consentientem adducit, qui nexum sponsaliorum conditionarum satis agnovit.

De obligatione clandestin. sponsal.

§. XXXVI. Ita ergo sponsalibus in universum omnibus suam asseruimus obligandi efficaciam, sive de præsenti, sive de futuro, sive pura, sive conditionata sint. Id saltem adhuc disquirendum restat: An eadem obligandi vis insit sponsalibus clandestinis? Non hic intelligo illa, quæ ob defectum consensus paterni clandestina dicuntur; hæc enim omni jure illicita sunt, & hinc obligandi vim habere nequeunt, cum jure refragante sint inita, & hinc nulla, *arg. L. 5. C. de LL.* Sed intelligo sponsalia inter personas habiles, remotis testibus clam contracta. Hæc ipsa

pſa, ſi Jus Naturæ vel Divinum reſpicias, pariter obligant, quam lia, cum modus declarandi conſenſum ſponſalitium illo jure determinatus non ſit; Imo nec Jure Rom. ulla Lege hoc ſponſaliorum genus interdictum, forte, quod ibi parum referret, an clam, n palam ſponſalia contracta; cum nec publica pœnitentiam illo ire excludant, per *L. 1. C. de Sponſal.* Aſt vero, poſtquam illa œnitendi facultas Legibus hodiernis remota, quod ex clandeinis deſponſationibus ob defectum probationis multa oriantur ıcommoda, dum ſub hoc prætextu pudicitiæ virginali inſidias ruendi, & poſtea deſponſationem negandi, ſuppeditatur occaio, generaliter clandeſtina ſponſalia tam Jure Canonico, quam onſtitutionibus Conſiſtoriorum noſtrorum interdicta ſunt, vid. Cypr. *de Sponſal. c. 10. §. 1. ſeqq.* Gerhard. *de Conjug. §. 142.* Heig. *t. 1. qu. 22.* quo ipſo obligandi efficaciam, quam per ſe habebant, miſerunt, cujus cauſas ſuggerit Carpz. *Lib. 2. Jurisprud. Conſiſt. ef. 33.* Solida autem ratio hæc eſt, quod Princeps modum præcribere poſſit actionibus civium, adeo, ut illo non obſervato, ctus reddatur nullus, *per L. Non dubium. 5. C. de LL.*

§. XXXVII. Cum autem ex jam citata *Leg. 5. C. de LL.* pparcat, etiam actus juratos, contra Legem prohibentem ſuſceros, ipſo jure nullos eſſe, hinc quæritur: Annon & Princeps ſua onſtitutione efficere poſſit, ut ſponſalia jurata contra Sanctiones Conſiſtoriales inita, ſint nulla? Et hoc affirmandum cenſeo, qui nim contra Legem prohibentem jurat, voluntati Magiſtratus ſe irecto opponit, & hinc ordinationi Divinæ reſiſtit, teſte *Apoſt. om. 13.* Idem enim eſſet, quam ſi ſe peccatum commiſſurum ſſe juraſſet: deficit ergo hic juſtitia jurisjurandi, & hinc per onſequens nulla inde naſcitur obligatio. Exemplum hujus ci eſt in *Conſtitutione Brandenburgica* von Verlöbniſſen, *de anno 1694. d. 15. Decemb. §. 7.* ubi annulantur ſponſalia etiam jurata vitis parentibus contracta. Tantum ergo in ſponſalibus licet, uantum per Leges licet; Nam vivimus in Rep. ubi arbitrium oſtrum Principi ſubjecit Summus rerum Arbiter, cui & in conientia obediendum eſſe, loco ſuperius allegato inculcat Apoſtos. Alia omnino adeſt ratio, ſi de irritandis ſponſalibus legitie contractis quæſtio moveretur, nam hæc nec injurata ſubjaent poteſtati Principis.

Sponſalia LL. interdicta nec jurata ſubſiſtunt.

An contra juramentum de ſponſalibus non ineundis ſuccurrere poſſit Conſiſtorium? Caſus.

§. XXXVIII. Coronidis loco, cum de poteſtate Magiſtratus in impediendo effectu ſponſaliorum etiam juratorum actum ſit, non prætereundus eſt caſus notabilis, an Magiſtratus tollere poſſit impedimentum juramenti, quod vel ſponſa præſtitit, de non contrahendis ſponſalibus cum certa perſona; vel etiam pater & mater, de nunquam conſentiendo in illam deſponſationem. Res ita ſe habet: Es hat Magdalena von D. ihre verwittibte Tochter Catharinam zur Rede geſtellet, daß ſie ohn ihr Wiſſen und Willen ſich mit H. S. verlobet, welches die Tochter nicht allein eydlich geleugnet, ſondern noch darzu vermittelſt Eydes angelobet, daß ſie ohne der Mutter Conſens ſich nimmer verſprechen wolle. Da nun hierauff der Mutter nichts deſto minder zu Ohren kommen, daß H. S. ihre Tochter heyrathen wolte, dieſer ihr auch allerhand ſchimpffliche Reden zuentbieten laſſen, iſt ſie dadurch bewogen worden, vermittelſt eines theuren Eydes ſich zu verſchweren, daß ſie nimmermehr in ſolche Heyrath conſentiren wolte, ſondern wenn es ihre Tochter thun würde, ſie alsdenn keine Gemeinſchafft mit ſie haben wolte; deſſen ohngeachtet, die Tochter ſich mit H. S. verlobet, und ietzo gefraget wird: ob ihre Tochter ſich dergeſtalt contra juramentum verloben, und ihr ſolches a Magiſtratu zugelaſſen werden könne?

Rationes dubitandi.

Ob nun wohl ſcheinen will, daß weil die Tochter einmahl mit Conſens ihrer Eltern ausgeſtattet, ſie bey der andern Ehe nicht verbunden ſey, der ihrigen Conſens mit zu nehmen, allermaſſen die gemeine Rechte nur bloß bey dergleichen Kinder Verheyrathung, welche noch in ihrer Eltern Hauſe oder Gewalt ſeyn, erfodert, daß ſie ihrer Eltern Conſens mitnehmen. *L. 20. C. de Nupt.* deßhalb ein Filius emancipatus keinen Conſens requiriren darff, *L. Filius 25. ff. de Rit. nupt.* dahero ob gleich heutiges Tages der Mutter Conſens eben ſo nöthig iſt, wie des Vatern, Carpz. *Jurisprud. Eccleſ. Lib. 2. def. 44.* dennoch ſolches ultra primas nuptias dem Anſehen nach nicht zu extendiren, cum per elocationem ſemel factam, poſtea liberum jus de ſe & rebus ſuis diſponendi conſequatur, quippe hæc elocatio habetur pro emancipatione. Harprecht. *ad §. 7. Inſt. Quibus modis pat. pot. ſolv.* Groenwegen. *ad L. 3. C. de Emancip. lib.*

Weil

Weil aber dennoch (1) per elocationem ſive emancipationem die Reverentia, womit eine Tochter ihrer Mutter verbunden, keines weges ceſſiret, ſondern in völliger Krafft verbleibet. *L. 1. §. 1. & tot. tit. ff. de Obſeq. parent. præſtando.* (2) Hiernechſt auch heutiges Tages die Neceſſitas adhibendi conſenſum parentum in nuptiis nicht mehr ex vinculo poteſtatis patriæ, ſondern ex vinculo reverentiæ dependiret, immaßen eben aus dieſer Urſach Jure hodierno der Mutter Conſens nebſt dem Vater erfodert wird, cum ex præcepto Dei æqualis utrique debeatur reverentia, *L. 4. ff. de Cur. fur.* quæ læderetur, ſi invita matre nuptiæ contraherentur. Mev. ad *Jus ſub. Lib. 1. tit. 4. art. 2. n. 22.* Joachim. a Beuſt. *de Jure Connub. p. 47.* Paul. Cypræus *de Sponſ. c. 6. §. 7. n. 2.* Dahero (3) kein Zweiffel, daß ex praxi Conſiltoriorum noſtrorum auch die Liberi emancipati nicht ohne ihrer Eltern Willen ſich verheyrathen können. Carpz. *Jurisprud. Eccleſ. L. 2. def. 29. n. 6.* Gerhard. *loco de conjug. §. 93.* Welches (4) inſonderheit bey einer Tochter erfordert wird, wenn dieſelbe gleich emancipiret iſt, und im Wittwen Stande lebet. *L. Viduæ. 18. C. de Nupt.* Cum plus periculi ſit in filia, quæ propter ſexus & conſilii infirmitatem ſibi ipſi ſatis conſulere nequit. Cypræus *de Sponſal. c. 17. §. 13. num. 2.* Joh. a Sande *deciſ. Friſ. Lib. 2. tit. 1. def. 3. in fin.* (5) Solches alles auch in Lübeck um ſo viel weniger Zweiffel hat, weil daſelbſt deutlich verordnet, daß eine Wit:frau ohn ihrer Freunde, geſchweige denn ohne ihrer leiblichen Mutter Rath nicht heyrathen ſolle. Vid. *Jus Lubec. Lib. 3. tit. 4. art. 2. n. 23.* (6) Auch die Tochter ultra hanc ſtatutariam diſpoſitionem vermöge des Eydlichen Verſprechens, ſo ſie der Mutter ſelbſt gethan, daß ſie ohn ihren Conſens nicht heyrathen wolte, darzu verpflichtet geweſen. Weil nun ſolches Jurament ſuper re honeſta & honeſta præſtiret, iſt ſie zu deſſen Obſervanz denen Rechten nach verbunden; *Cap. Quamvis. 2. de Pactis. in 6.* Zumahlen ihr wohl wiſſend geweſen, daß ihre Mutter ſich ebenfalls verſchworen, in Fall die Tochter ſich wider ihren Willen verheyrathen würde, alle Gemeinſchafft mit derſelben auffſagen wolte, deshalb ihr Ungehorſam deſto gröſſer, daß ſie von ihrem Vornehmen nicht abſtehen will. ſondern das übliche Stadt-Recht ihre natürliche Pflicht und zu den geleiſteten Eyd hindangeſetzet, und auch wider ihrer Mutter eydlichen Diſſens die Heyrath vollziehen will, da doch dergleichen

Rationes decidendi.

Sponſa-

Sponſalia in dieſen Terminis pro moraliter impoſſibilibus zu achten, *arg. L. Filius. 15. ff de Condit. inſtit.* (7.) Ob nun gleich nicht unbekant, daß in gewiſſen Fällen die Obrigkeit der Eltern Conſens wohl ſuppliren kan, Carpzov. *Jurispr. Eccleſ. L. 2. Def. 53.* Heigius *J. 1. Quæſt. 12. num. 70.* ſo iſt doch ſolches anderer Geſtalt nicht zu verſtehen, quam ſi parentes ſine juſta cauſa diſſenſerint, vel niſi hac ratione manifeſtum inducatur peccatum, quales actus ſemper vitioſi, *arg. L. 27. §. 4. ff. de Pact. & ibi Dd. c. un. in fin. X. Ut eccleſ. benef.* dergleichen aber in dieſem Fall gantz klar geſchehen würde, indem dergeſtalt die Tochter ad conſummandum perjurium verleitet wird, wenn ſie auctoritate Magiſtratus dieſe Heyrath conſummiren ſolte, welches ſie zu unterlaſſen geſchworen Es würde auch hiedurch ein beſtändiges Mißtrauen und unchriſtliche Verbitterung zwiſchen Mutter und Tochter geſtifftet; Jam vero ab illo, a quo jura naſci debent, non debet naſci occaſio injuriarum vel perjuriorum, *L. Meminerint. 6. C. Unde vi.* & Magiſtratui omnino incumbit omnibus eo laborare viribus, ne liberi ſe ſubtrahant reverentiæ parentibus debitæ; *Tot. tit. ff. de Obſeq. parent. & Patron. præſt.* Nullus vero major contemptus parentum eſt, quam ſi liberis illis invitis contrahant nuptias, Carpz. *L. 2. def. 30. n. 5.* quod deſiderante matre merito a Magiſtratu puniendum. Conſil. Lipſ. ap. Dedekenn. *Vol. 3. Conſil. Theol. Sect. 4. n. 26. p. 119.*

Deciſio. So bin ich der gäntzlichen Meynung, daß die Obrigkeit in dieſe Verheyrathung keines weges willigen könne, ſondern ſie vielmehr ſchuldig ſey durch mandata pœnalia, oder andere Obrigkeitliche Mittel, dieſe wider Eyd und kindliche Pflicht getroffene Sponſalia zu hintertreiben, V. R. W.

Concluſio. §. XXXIX. Atqui hæc jam ſufficere cenſeo, de fundamento obligationis ſponſalitiæ, quod ex vinculo conſenſus, vel ſanctitate pactorum, non ſanctitate ipſius negotii derivandum cenſui, quorſum & reſpexit Pontifex in *d. C. 2. X. de Sponſal.* ad ſocietatis jura provocando. Deus enim omnia pacta ſancte ſervari voluit, & fidei datæ violatores vindicat; pacto autem ſponſalitio majorem nexum ineſſe, non oſtendi poterit, niſi ſponſalia cum ipſo matrimonio confundantur. Ex quo porro ſequetur, quid vel unus deſponſatorum ſuo diſſenſu, vel ambo voluntate mutua circa nexum ſponſaliorum efficere poſſint, de quibus nunc agendum pluribus. *SECT. II.*

Digitized by Google

SECTIO II.
DE
DISSENSU UNIUS DESPONSATORUM.

§. I.

COntractibus in universum omnibus Jure Divino pariter ac Gentium, imo & civili tanta ineſt obligandi efficacia, ut neceſſitate quadam conſtringat illos, quibus mutuum interceſſit negotium, ad promiſſi fidem exactiſſime præſtandam, *pr. I. de Oblig.* Nihil enim tam congruum fidei humanæ eſt, quam ea, quæ inter eos placuerint, ſervare *L. 1. pr. ff. de Pact.* quippe omnino grave eſt, datam fidem fallere, *L. 1. ff. de Conſtit. pec.* Undè ſicut unicuivis ab initio liberum eſt, an contrahere cum aliquo velit, vel non; ita poſtquam contraxit, hoc, quod voluntatis antea fuit, jam eſt neceſſitatis, *L. Sicut. 5. C. de Obl. & Act. §. 12. I. Mandat.* quod alibi eleganter ſatis effert Paulus JCtus in *L. 17. §. 3. ff. Commod.* quod principio beneficii ac nudæ voluntatis fuit, convertitur in mutuas præſtationes, actionesque civiles. *De vinculo conventionis.*

§. II. Quod ſi in negotiis civilibus, levioris etiam momenti, tanta præſtandi neceſſitas cohæret initiæ ſemel conventioni; cum nihil tam congruum fidei humanæ ſit, quam ea, quæ inter eos placuerunt, ſervare, *L. 11. ff. de Pact.* ut hinc turpe reputetur ſemel datam fidem fallere, *L. 1. ff. de Conſtitut. pecun.* quis datam de matrimonio fidem ſanctam illibatamque eſſe debere, non aſſereret? Vel quis turpitudinis nota dignum non cenſeret fidem hic tatam fefelliſſe? Tendit ſane deſponſatio ad medium illud, quod ſummus rerum arbiter propagando generi humano ordinandum, & hinc inviolabili nexu ſervandum eſſe, ſanxit prudentiſſime. Nam ſi ullibi, ſane hic deliberandum diu eſt antea, quod ſtatuendum eſt ſemel. Quod ſi ergo aliquam tibi ſelegeris ſponſam, non debebat, quæ ſemel placuit, amplius diſplicere. *C. Quod ſemel. de R. J. in 6.* Et ſicut in bello, ita & in amore plerumque ſemel tantum peccare licet, adeo ut ſera *Applicatur ad ſponſalia.*

hic, consensu sponsalitio legitime expresso, desponsatorum sit pœnitentia.

De sponsa refractaria compellenda.

§. III. Quid juris itaque, si quis furore amoris, quem continere Philosophis saltem perfectissimis datum est, teste Imp. *in Nov. 74. c. 4.* abreptus, sponsam sibi selegerit, quam postea nec genio suo consonam, nec œconomiæ dirigendæ habilem, sed prodigam potius, maleque moratam deprehendit, eaque propter repudium festinatæ huic sponsæ dare cupiat? Consilium suppeditat Pontifex in *C. Præterea. 2. X. de Sponsal.* tales desponsatos commonendos, & postea omnibus modis inducendos esse, ut præstitam fidem observent. Ex quo traxit originem notissima Consistoriorum nostrorum praxis: Mulcta, carcere, relegatione, similive pœna compellendam esse refractariam sponsam, ut datam sponso fidem servet, Carpz. *Jurisprud. Eccles. L. 2. def. 133. n. 7. seqq.* Mev. *P. 6. D. 61. & Dec. 358.* unde & inviti aliquando per Ecclesiæ Ministros copulantur. Carpz. *d. l. def. 135.* Si enim venditor jure nostro compellendus, ut rem venditam præcise tradat, *§. 2. I. de Donat.* idemque in aliis contractibus consummandis obtineat; quis æqualem compellendi licentiam in negotio hoc, quod tanti est momenti, Judici denegaret, ne perfidiæ reatus, quem hic agnoscit Imp. in *L. 4. C. Theod. de Sponsal.* refractario cedat impune.

Quando in facti obligatione locus sit compulsioni?

§. IV. Hoc quidem præsidii loco supereſſe videtur pœnitenti sponso sponsæve, quod non res, sed factum hic in obligatione vertatur. Jam vero tralatitii Juris est, ad factum præcise implendum neminem compelli posse, sed promissorem præstando interesse liberari. *L. 13. §. 1. ff. de Re Judicat. L. 68. L. 112. §. 1. L. 114. ff. de Verb. Obl.* de quo pluribus videatur Emanuel de Costa *de Facti scientia & ignorantia, Inspect. 53.* Cardin. Mantic. *de Tacitis & ambig. convent. Lib. 14. tit. 32.* At vero non de nudo ac simplici facto hic quæstio est, sed de ipsa corporum communione: Corporis enim dominium ipso Apostolo teste *1. Cor. VII.* mutuo in se transferunt conjuges. Insuper juratam facti promissionem, ad illud præcise implendum obligare, recepta Dd. opinio est, Card. Mantica *Tr. de Tacit. convent. Lib. 14. tit. 32. n. 4.* Freyer. *de Solut. c. 4. n. 13.* nexum autem sponsalitium æquiparari juramento, in vulgus notum est; ut taceam de Jure Canonico & mori-

moribus, promiſſionem facti non amplius præſtando intereſſe liberari, non paucos aſſerere, Grœnweg. *de LL. abrogat. ad L. 13. ff. de Re jud.* Quæ ſententia, utut generaliter non admittenda, in præſenti tamen caſu, ubi factum præſtationem quondam perſonaliſſimam pretio non æſtimabilem continet, eo minus de præſtandi neceſſitate dubitandum. Et quamvis tandem compulſio in ſponſa producere poſſit matrimonii conſummationem, cum & hæc invita cognoſci, & ita mulier fieri poſſit; in ſponſo tamen penitus ceſſare videtur, utpote qui nulla vi ad corporum conjunctionem induci poterit; unde caſus non ignotus eſt, ubi ſponſus contradicens per copulam ſacerdotalem conjunctus fuit ſponſæ, imo ad hoc quoque adactus, ut lectum cum ſponſa conſcenderet, & ita foribus cameræ clauſis, ſolus cum ſola per integram noctem relictus fuit: Hic cum nec blandis novæ nuptæ verbis adduci potuiſſet ad conſortium conjugale, altera die clam ſe propipiebat, & ad loca remota ſe conferebat; ubi quærebatur, quid juris? Reſpondebatur: Matrimonium pro conſummato reputandum, hoc effectu, ut illa pro uxore ejus legitima reputetur, & commodo ſucceſſionis ſtatutariæ gaudeat; conſcenſio enim thalami, quæ moribus Saxoniæ ad conſummandum matrimonium exigitur, copulam carnalem non exigit: Poſtea ipſi concedebatur poteſtas maritum deſertorem per edictum citandi, ubi finito deſertionis proceſſu ipſi adjudicabantur bona mariti, & concedebatur ad alia vota tranſitus. *An ſponſus ad conſummationem compelli poſſit?*

§. V. Verum non promiſcue in ſponſalibus adhibenda compulſio, ſed circumſpecte agendum Judici Eccleſiaſtico, ne quid remiſſius vel ſeverius ſtatuat, quam matrimoniorum ſalus admittit. Quamvis enim pura ſanctaque ſponſorum præceſſerit promiſſio, ſupervenire tamen poſſunt cauſæ graviores, quæ nexum ſponſalitium quadantenus vel laxant, vel diſſolvunt. Omnis enim contractus, imo & jusjurandum omne tacita hac nititur conditione, ſi res in eodem ſtatu manſerit, *C. 25. & 35. X. de Jurejur.* Quid vero in ſpecie hoc paſſu conſiderandum ſit Judici Eccleſiaſtico, prudentiſſime expoſuit exercitatiſſimus in negotiis forenſibus JCtus Dn. Mevius, *P. 3. Dec. 382.* cujus hæc ſunt concepta verba: *Connubialis contractus mutuus & ita correſpectivus, atque invicem obligatorius eſt, ut ex eo fidem poſcere non poſſit, niſi* *Ad compulſionem proceden-dum.*

niſi qui ei congrua ipſe præſtare velit & poſſit. Ideoſi quid circa hæc unius voluntati atque poteſtati deeſt, non eſt jus poſcendi ab altera nt ſervet, nec jus judici alterum eo compellendi. Non enim ita cæca aut pactorum obſervantia, aut ad hanc coactio divino vel humano jure requiritur, vel ſalva pietate, juſtitia & ratione requiri poteſt, ut ſine diſcrimine aut conſideratione circumſtantiarum fieri debeat; ſed circumſpecte attendendum, primo an, a quo poſtulatur, obſervare debeat; quod ex illius exceptionibus ſtatuendum; deinde an etiam, qui poſtulat, actionis jure ſe indignum reddiderit, vel in alio exiſtat, quod non compelli mereatur. Tertio annon, ubi illius debitum, hinc jus ſit, pia tamen ratio alia ſit, quare a coactione adhuc ſit abſtinendum & vel expectandum aliquamdiu vel a petitione actor debortandus ſit. Qualia cum ſæpius accidant, Judicis, eſt conſiderate ad compulſionem progredi. Quamobrem & Jus Canonicum tunc demum admittit compulſionem ad conſummandum matrimonium, ſi rationabilis non obſtiterit cauſa, *C. Ex literis. 12. in fin. X. de Sponſal.* Hæc vero ſi adfuerit, nec ſponſalia, jurisjurandi religione confirmata, tanti ponderis erunt, ut abſolute compellendi ſint deſponſati *per C. Requiſivit. 17. X. h. t.* ubi rationem illam prudentiſſime ſubjicit Pontifex: *Cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda potius eſt ſponſa, quam cogenda, cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.* Non quidem ſimpliciter hanc Pontificis ſanctionem admittendam exiſtimat Carpz. *Lib. 2. def. 133. n. 5.* poſtea tamen *n. 6.* ipſe ſe explicat, niſi cauſa reluctationis juſta, probabilis ac ſufficiens proferri queat, quam nos pariter ſupponimus; tali caſu enim ſi quis jungat non jungendos, æque peccabit, quam ſeparando non ſeparandos, Cothman. *Vol. 2. Reſp. 86. n. 42.*

Si adſit cauſa rationabilis.

Quid ſi juſta cauſa deficiat?

§. VI. Quod ſi vero Judex obſervaverit, ex mera malitia alterum deſponſatorum diſcedere velle a data ſemel conjugii fide, longe aliter ipſi procedendum. Quippe ſi alias malitiis indulgeri nolunt jura noſtra per *L. 38. ff. de R. V.* in ſancto hoc negotio ſeverius illa vindicanda. Explorabit itaque in anteceſſum, an ſine vitio ſit ipſa deſponſatio, ita, ut nihil adſit, quod conſenſui obſtare poſſit. Si hoc, cauſam diſſenſus inquirat, omnibusque modis eo contendat, quo obſtaculum connubialis amoris e medio tollat; vel ſi tale quid non ſubſit, refractario malitiæ

litiæ momenta, & quod Deum violatæ fidei vindicem acerrimum ſit habiturus, ante oculos ponat: quod ſi ex hoc pacto fabula narretur ſurdo, jam remediis externis opus eſt, quibus coerceatur malitia. Quare & mulctam indicere, & carceri quoque ſine cauſa pœnitentem mancipare licebit, donec ad frugem redeat, & implementum ſponſaliorum promittat, Mev. *P. 3. Dec. 383.* *An hoc casu ſit abſolute compellendi.*

§. VII. Quod ſi autem nec hoc pacto reduci ad concordiam poſſint, annon reluctans invitus etiam ſponſæ ſuæ jungi poſſit, altioris indaginis negotium eſt? Affirmativam equidem ſuſtinet Carpz. *Lib. 2. def. 135.* Verum ipſe *d. l. n. 8.* ſuam reſtringit ſententiam ad cauſam, ſi præter deſponſationem deflorata jam ſponſa ſit, ſic enim revera non de ſponſalibus amplius conſummandis, ſed de conſummato jam matrimonio (quod ſine dubio per conſenſum & copulam carnalem jam Divino humanoque Jure factum eſt, cum ad ejus ſubſtantiam Hierologia non pertineat,) continuando quæſtio eſt; quo caſu nemo dubitat, omnem vim adhiberi poſſe, ut obligationi ſemel contractæ ſtent deſponſati, & ad hos terminos reducendi ſunt caſus, quando in Conſiſtoriis inviti copulantur. Extra caſum vero copulæ carnalis, ſi quis mulcta vel carcere induci nequeat, ut fidem ſponſæ ſervet, non quidem exiſtimo invitos per eccleſiæ miniſtrum eſſe conjungendos, attamen graviſſima pœna hanc malitiam coercendam eſſe cenſeo. Recte ergo poſtquam ſponſæ ob illatam injuriam ſatisfactum, relegabitur ex provincia, Carpz. *Lib. 2. def. 134.* Mev. *P. 6. dec. 358.* Cypræus *de Sponſal. cap. 15. §. 6.* Verum & interdici poterit ipſi novo matrimonio, Mev. *P. 6. dec. 359.* ubi Judicem accurate informat, quid obſervandum ſit, antequam novum inhibeat matrimonium. Et huic ſententiæ jam adductæ conſentit B. Lutherus, Lib. Von Eheſachen, *Tom. 6. Witteb. fol. 261.* ubi de ſponſa refractaria agens, rem ita decidit: Der Bräutigam ſoll zuvor ſeine Braut durch die Obrigkeit zwingen laſſen, und wo ſie denn nicht will, ſoll ſie ohne Ehe ſitzen bleiben, Er ſich aber ledig urtheilen laſſen, de quo jam actum eſt *Sect. 1. §.* Sed placet alio præjudicio rem hanc confirmare. Ita enim in Facult. Jurid. Hallenſi d. 16. Aug. Anno 1695. pronunciavimus: Weil Klägerin durch bewegliches Zureden, wie auch durch auffgelegtes Gefängniß ſich nicht

bewegen laſſen wollen, die mit Beklagtem getroffene Verlobung durch Prieſterliche Copulation vollziehen zu laſſen, und aus fernern Zwang zu ſolcher Heyrath allerhand Unglück künfftig zu befahren, ſo iſt zwar die getroffene Verlöbniß zwiſchen ihnen zu diſſolviren, es iſt aber Klägerin dem Beklagten den empfangenen Mahl-Schatz, ingleichen die ihr zugeſtellten 32. Thaler, ſie wolte denn hierüber ihr Gewiſſen, dahin es ihr in dem Verläugnungs-Fall geſtellt, eröffnen, und, daß ſie ſolche Gelder nicht empfangen, ſchweren, oder den Eyd Beklagten zurück ſchieben, heraus zu geben, auch die verurſachte Unkoſten demſelben zu reſtituiren ſchuldig, und iſt ihr dabey binnen zwey Jahr bey Straffe, ſich mit Niemand anders zu verloben, auffzuerlegen. V. R. W.

Compulſio ſæpius periculoſa.

§. VIII. De cetero quanta exinde oriantur mala, ſi Judex promiſcue compulſionem adhibuerit, & refractarium alteri junxerit, res ipſa ſatis loquitur: Etenim inde adulteria, verbera, inſidias vitæ, imo cædes quandoque exoriri, exempla ſatis funeſta docebunt abunde. Imo nuper admodum, *Anno 1692.* cum in Conſiſtorio Electorali Wittebergenſi ſponſa quædam ex hoc ſolo publica ſponſalia ſe conſummare nolle diceret, quod ſponſum, juvenem licet adhuc, nullaque corporis vel famæ macula notatum, amare non poſſet, nec perſvaſionibus admonitionibusque locum relinqueret, eaque propter per diem & noctem tantum carceri leviori committeretur, ipſa quidem in nuptias conſenſit, verum illis conſummatis, maritus iſte paucis poſt nuptias diebus deceſſit, non citra veneni ſuſpicionem. Unde Dd. plerique in eo conſentiunt, ſi penitus refractaria ſit ſponſa, & metus non levis ſubſit infelicis eventus, potius indicta pœna dimittendam eſſe refractariam ſponſam, quam ad matrimonium compellendam, de quo pluribus dicendum inferius.

Quid attendum hic ſit Judici?

§. IX. Ut vero ulterius conſtet Judici, quorſum dirigere debeat in hac materia judicium, primo attendat, an diſcedere a ſponſalibus volens, alleget, ab initio impedimentum conſenſus adfuiſſe, vel non. Illud ſi probetur, non tam diſſolvenda ſponſalia, quam nulla pronuncianda, deſiderante hoc illo, qui ſe circumventum videt. Actus enim dolo initus nullitate laborat in favorem decepti, non decipientis; unde illo actum approbante, ſubſiſtit. *Vid. infr.* §. 13. Quapropter ſponſam dolo falſisque perſva-

ſvaſionibus ad promiſſionem matrimonii inductam, ſive id ab ipſo fiat ſponſo, ſive ejus inſtinctu ab alio, impune pœnitere, & a promiſſione diſcedere poſſe, non adeo dubium eſſe reor. Quæ enim in contractibus bonæ fidei diſſolvendis doli ratio habetur, ut ſcilicet contractum ſemel initum, nullum reddat, *L. Eleganter. 7. ff. de Dol. mal. L. 16. §. 1. ff. de Minor. L. Si fraude & dolo. 6. C. de Præſcript. long. temp.* Cell. Bargalius *Tr. de Dol. Lib. 6. reg. 2. n. 2. ſqq.* cur ea non habenda foret in ſancto deſponſationis negotio. Certe Prætor in omni contractu doloſo læſis ſuccurrit, *L. 1. §. 1. ff. de Dol. mal.* ob evidentiſſimam rationem, quod dolo inductus conſentiat quidem, ſi externum conſentiendi actum reſpicias; ſi vero intentionem ipſam conſideres, non niſi conditionatus ille conſenſus eſt, ſi res ita ſe habeat; prout alter illam ſe habere contendit; quo deficiente, ipſe conſenſus exſpiret neceſſum eſt, Hahnius *ad Weſenbec. Tit. de Dol. n. 1.* Richt. *Deciſ. 88. n. 31.* Quare nec ex ſponſalibus, dolo initis, ulla naſci poteſt obligatio, Cypr. *de Sponſal. c. 13. §. 18.* Beſold. *P. 5. conſil. 238. n. 52.* Nicolai *de Repud. Lib. 1. cap. 2. n. 92. & n. 159.* Beſold. *P. 1. Conſil. Tub. 80. n. 60.* Cothm. *Vol. 1. Conſ. 1. n. 729.* Nam ſicut in amore & ambiendis puellis candide & aperte agere laudem meretur; ita fallere & candoris obliviſci, ignominiam & pœnam, Brouwer. *de Jur. Connub. Lib. 1. c. 19. n. 2.* & conſentiunt in hoc Theologi, Gerhard. *Loc. de Matrimon. §. 116.* Havemann. *in Gamal. Synopt. Lib. 1. tit. 5. poſ. 9.* Add. ex Pontificiis Sanchez *de Matrim. L. 1. diſp. 64. n. 3.*

De Sponſalibus, dolo contractis.

§. X. Imo tantum ex doloſis ſponſalibus obligationis impedimentum naſci exiſtimo, ut quamvis juramentum acceſſerit, non eo magis valorem accipiant ſponſalia; quippe notum eſt vulgatiſſimum illud Brocardicum: Juramentum ſequi naturam actus, cui adjicitur, ejusdemque qualitates recipere, *arg. L. ult. C. de non num. pecun.* Setſerus *de Jurament. Lib. 2. cap. 25. n. 18.* Dolus ergo, qui contractum vitiat, vitiabit etiam juramentum; ob quam cauſam Fridericus Imp. *in Auth. Sacramenta puberum. C. Si adverſ. vendit.* ſpeciatim requiſivit, ut dolus non intervenerit. Nec aliud de Jure Canonico ſtatuendum. Quamvis enim citra ſalutis periculum ſervari poſſit, quod ad ſponſi doloſas perſvaliones juratum, & hinc ſervandum eſſe videatur: attamen ipſe Pontifex aſſertum illud temperat, modo dolus non aceſſerit,

Quid ſi ſponſalia doloſa juramento confirmata?

C. Cum

C. Cum contingat. 28. X. de Jurejur. unde juramentum tale, cui dolus causam dedit, Divino Canonicoque Jure nullam obligationem producere asserit rectissime Franzkius *Lib. 2. Resolut. 5. n. 63.* Seraphin. *de Privil. Juramont. Priv. 61. num. 19.* Covarruv. *ad C. Quamvis. P. 3. §. 4. num. 2.*

Dolus ut vitiet sponsalia, circa quid commissus esse debeat?

§. XI. Temperandam quidem existimant alii hanc sententiam, distingvendo, an dolus commissus sit circa substantialia matrimonii, an circa ejus accidentalia, ut priori tantum casu nulla reddat sponsalia; non casu posteriori. Unde si adolescens dolo & fraude persvasus, virginem illam esse ditissimam, cum ea contrahat sponsalia, illa subsistere dicunt; quia matrimonium non bonorum accessione, sed consensu perficitur, *L. fin. C. de Repud.* cui opinioni subscribit Beust. *de Matrim. P. 2. cap. 44. p. 197.* Ejusdem sententiæ est Molina *de Just. & Jur. Tr. 2. Disp. 352. n. 5.* sequentibus mentem suam exponens: *Si quis per dolum, qui causam det contractui, cum aliqua contrahat, affirmans, se habere divitias, aut esse nobilem, aut habere alias qualitates, quas non habeat, sane interim, dum dolus non causet errorem in personam, aut in conditionem libertatis, validum est matrimonium, propter naturam, indissolubilitatem ac privilegia ejus contractus.* Imo generalius asserit Cels. Balgar. *Tr. de Dolo, Lib. 1. c. 8. n. 6.* in spiritualibus non vitiari actum, ad quem quis dolo inductus. Verum allegati jam Dd. non de sponsalibus, sed matrimonio jam consummato loquuntur, de quo agendum postea speciatim erit. Ipsa vero sponsalia quod attinet, verissimam censeo sententiam, qualemcunque dolum illa annullare, sive accidentalia, sive substantialia matrimonii concernat; sufficit enim, quod sponsa consensura non fuisset, si falsa scivisset persvasionis argumenta. Nicolai *de Repud. c. 2. n. 94.* Et optime monet Gerhard. *d. §. 116.* illum dolum jam concernere substantialia matrimonii, qui consensui resistit, utpote cum consensus præcipue matrimonium faciat, *L. 30. ff. de Reg. Jur.* Quapropter error hic a dolo separandus erit: In errore illam distinctionem certa ratione admitto, non in dolo: Hic enim malitia sponsi deceptoris accedit, cui dolus lucro & innocenti sponsæ damno cedere non debet, *L. 1. & L. 13. ff. de Dol. mal.* quippe iniquum est, ut quis capiat fructum suæ calliditatis, *L. pen. C. de Legat.* aut ex dolo habeat patrocinium, *C. Ex literis.*

Error cum dolo non confundendus.

literis X. de Dol. & contum. Non ergo attendendum, in qua materia dolus commiſſus, ſed ſufficit, eo ipſo ſponſam ad conſentiendum inductam fuiſſe. Beſold. *P. 5. Conſil. 238. n. 51.* Cothman. *Vol. 1. Conſ. 1. n. 720. ſeqq.* Optime Henr. Brouwer. *Tr. de Jur. connub. L. 1. c. 19. n. 3.* hanc in rem ſcribit: *Committitur dolus, cum ſe nobilem jactat plebejus, aureos montes prætendit pauper, patriciis ortum ſe fingit infimæ ſortis homo, ut fallat nolentem, niſi nobili, patricio, diti ſe jungere, quippe calliditate ſua adimit puellæ poteſtatem in ejus conditionem inquirendi: Quales peſſimæ artes inſuper ex Judicis arbitrio pœna extraordinaria coercentur: ne quis ſibi licentiam mentiendi in ſanctiſſimo nuptiarum contractu impunitam fore autumet.* Certe puniendus talis ſponſus eſt, quo alii dediſcant fraudibus machinationibusque callidis uti in re tanti momenti, quæ non dolo ac fraude, ſed invocato Numine, & bona fide peragenda.

§. XII. Nec attendendum hoc caſu cenſeo, an dolus ille ita comparatus, ut prævia inquiſitione facile detegi potuerit a ſponſa ſponſâ; hæc vero credula nimium fuerit, calliditas enim ſponſo longe deterior eſt, ſimplicitate ſponſæ: Hæc culpam, illa dolum arguit, & hinc punienda. Referri huc meretur caſus *in Fac. Jur. Wittebergenſi Ao. 1692.* nobis oblatus, ubi & de cauſa repudii ob tentatum per vim a ſponſo concubitum quædam occurrunt, cujus verba ſic ſe habent: Hat Trebatius bey Dorotheen um die Ehe ſich bewerben laſſen, auch endlich dero Mutter Conſens erhalten, Dorothea aber ſich beſtändig geweigert, ohngeachtet ſie von der Mutter mit guten und böſen Worten, auch angedroheten Schlägen dazu wollen genöthiget werden, iedoch endlich ſich bereden laſſen, einen Ring von Trebatio anzunehmen, auch ſich zu erklähren, daß ſie ſeine Liebſte ſeyn wolte, wenn ſie ſich ſeines Zuſtandes beſſer erkundiget haben würde, da ſie aber ſolches falſch befunden, was Trebatius vorgegeben, ſie ſofort ihr Mißvergnügen bezeuget, auch da Trebatius dieſelbe zu ſeinem fleiſchlichen Willen mit Gewalt zu nöthigen geſuchet, ſie dergleichen Haß auff ihn geworffen, daß ſie lieber unverehliget bleiben, als mit Trebatio ſich vertrauen laſſen wolte, dahero gefraget wird: Ob Dorothea bey erzehlter Bewandniß und ſtetswährenden Wiederwillen, (wann ſie zumahlen endlich erhalten wird, daß ſie ihr Jawort aus Uberredung und in keiner

Quid ſi ſponſa melius inquirere potuiſſet?

Quæſtio.

andern Meynung von ſich gegeben, als auf ſolchen Fall, wenn ſie auf vorgegangene beſſere Erkundigung gröſſere Liebe gegen Trebatium gewinnen würde, und daß ihr von dem Trebatio Unzucht angemuthet,) zu einiger Vollziehung einer Ehe mit Trebatio mit Beyfall Rechtens könne gezwungen werden? erkennen wir vor Recht:

Rationes dubitandi. Ob nun zwar der Dorotheen obgelegen vor Ertheilung des Jaworts ſich zu erkundigen, wie des Trebatii Haußweſen beſchaffen, und ob er in ſolchem Stande lebte, daß ſie mit ihm eine vergnügte Ehe ſchlieſſen könte, und daher ſie den hierunter begangenen Fehler ihr ſelbſt zu imputiren; Hiernechſt auch der angemuthete Beyſchlaff unter bereits verlobten Perſonen keine in Rechten gegründete Cauſam repudii mit ſich führet, dergeſtalt aber, da keine erhebliche Cauſa repudii vorhanden, nicht unbekant, daß verlobte Perſonen durch ſchärffere Mittel zu Vollziehung der Verlobung gezwungen werden können; Carpz. *de Jure Eccl. L. 2. def. 134.* Mevius *Part. 6. dec. 358.*

Rationes decidendi. Cypr. *de Sponſal. c. 15. §. 6.* Dennoch aber und dieweil obgedachte Verlobung nach Erfoderung der Landes-Conſtitution ordentlich nicht geſchehen, vielweniger Dorothea freywillig oder ungezwungen ihr Jawort ertheilen, ſondern ſowohl dero Mutter auf die von Trebatio vorgegebene Mittel, daß er davon, wie auch ſeiner Praxi eine Ehe-Frau ehrlich ernehren könte, ihr Abſehen genommen, als auch Dorothea ſelbſt eine fernere Erkündigung ihr vorbehalten, nachhero aber der Zuſtand des Trebatii gerühmter maaſſen nicht befunden worden, und dahero dieſe bedingte Verlobung ob defectum conditionis nicht allein von ſelbſten dahin fället, ſondern wenn auch dieſelbe ohne dergleichen Bedingung geſchehen, dennoch die Verſprechung pro tali, quæ falſis perſvaſionibus elicita, und alſo pro doloſa würde zu achten ſeyn, woraus keine beſtändige Obligatio entſtehen kan; Nam ob dolum in quocunque negotio commiſſum Prætor ſuccurrit, *per L. 1 ff. de Dolo mal.* Excludit enim dolus conſenſum, vel ad minimum conſenſum conditionatum infert, ſi res ita ſe habeat, quo ceſſante, ceſſabit conſenſus. *arg. L. Eleganter. 7. ff. de Dolo malo.* Hahn. *ad Weſenb. de Dolo, n. 1.* Celſ. Bargal. *Tr. de Dolo. Lib. 6. Reg. 2. n. 2.* Daher auch die Sponſalia dolo inita zu Recht nicht verbindlich ſeyn. Brouw. *Tract. de Jure Connub. Lib. 1. c. 19. n. 2.* Cypr. *de Sponſal. c. 1. §. 18.* Beſold. *Cyn. 187. n. 52.* Und ob zwar Dorothea ſich vorhero etwas genauer erkundi-

gen

gen ſollen, ſo iſt doch ſolches nur pro culpa levi zu achten, hingegen iſt Trebatius in dolo geweſen, daß er ein anders von ſich gerühmet, als die Wahrheit iſt; Jam vero dolus præponderat culpæ, Celſ. Bargal. *de Dolo. Lib. 6. Reg. 12.* Woraus Dorothea Urſache bekommen, die dem Trebatio noch niemahls völlig verſprochene eheliche Liebe in einen Haß zu verwenden, zumahlen da derſelbige durch ungebührliche Mittel, nemlich den zugemutheten Beyſchlaff, ſie zur Ehe nöthigen wollen, welches eine ehrliebende Jungfer ſattſam bewegen kan, einen rechtmäßigen Widerwillen zu faſſen, indem daraus erhellet, daß Trebatius vielmehr ſeine fleiſchliche Wolluſt an ihr ausüben, als durch GOtt wohlgefällige Wege ſie ihm ehelich verbinden wollen, auch Dorothea dieſes ihr Angeben, weil es theils auf ſolche Facta, ſo durch Zeugen nicht zu erweiſen, theils aber auf ihre damahlige Intention und erfolgte Gemüths-Veränderung beruhet, qualia quæ in animo conſiſtunt, juramento aſſerentis probari debent, Seraphin. *de Privileg. juram. Priv. 1. n. 3.* Gail. *Lib. 2. Obſ. 48. n. 30.* mit einem Eyde zu beſtärcken erböthig, dabey aber des beſtändigen Vorſatzes iſt, lieber unverheyrathet zu ſterben, als in ſolche auf betrügliche Weiſe geſuchte Heyrath zu willigen, auch die Zwangs-Mittel in cauſis matrimonialibus deshalb nicht zu rathen, weil mehrentheils ein betrübter Ausgang darauf zu erfolgen pfleget; *C. Præterea. 2. & Cap. Requiſiviſti. X. de Sponſal.* Mev. *Part. 3. Dec. 382.* Cothmann. *Vol. 2. Reſp. 86. n. 42.* So erſcheinet daraus allenthalben ſoviel, daß Dorothea, im Fall ſie durch gütliches Zureden zu Vollziehung der angegebenen Verlobung nicht zu bewegen, durch Zwangs-Mittel dazu nicht zu nöthigen ſey. V. R. W. *Deciſio.*

§. XIII. Hac occaſione ergo ad ipſa excurrendum matrimonia, an & illa jam penitus conſummata, comperto poſtea dolo, pro nullis reputanda? Sane arctius vinculum, quam in ſponſalibus hic ſubeſſe in comperto eſt, utpote quod indiſſolubilitate perpetua munitum voluit Deus O. M. hinc plerique aſſerunt, matrimonium penitus conſummatum, non reſcindi ob dolum cauſam dantem, quorum quosdam adduxi *in §. 10.* quibus add. *Glos. in C. Cum dilectus. 6. X. de His, quæ vi metusve cauſa:* Covarruv. *de Matrim. P. 2. §. 7. n. 4.* Verum contrariæ ſententiæ potius ſubſcribendum exiſtimo: Matrimonium indiſſolubile voluit Deus, ſi legi- *An ipſum matrimonium ob dolum annullandum? Affirmativa probatur.*

ſi legitime contractum. Quoties vero doloſe alter inductus, & ita matrimonio junctus, non Deus, ſed diabolus, mendaciorum pater, hos conjunxiſſe dicitur, quod merito per DEI miniſtros ſeparandum, ſi hoc deſideret perſona decepta, uti rectiſſime aſſerit Cypr. *de Sponſal. c. 13. §. 58. n. 2. circa fin.* Non attendenda hic diſſenſio JCtorum Pontificiorum, qui cum matrimonium pro ſacramento reputent, non adeo inquirunt, qualis conſenſus præceſſerit, ſed tantum, an ſacramentum conſummatum ſit. Sane decepta eſt per dolum alterius eccleſia ipſa, deceptus EccleſiæMiniſter, nec benedictio ſacerdotalis negotio per ſe illicito adhibita, illud legitimare valebit. Quapropter ſi fraus ſponſi evidens fuerit, ſponſæque multum interſit, ſe ita deceptam non eſſe, nec illa comperto dolo copiam corporis ipſi fecerit, (hoc ipſo enim renunciaſſet juri ſeparationem petendi, & per copulam de novo conſenſiſſet,) tentanda quidem in anteceſſum amicabilis compoſitio, quod ſi tamen decepta inſiſtat propoſito, & ſeparationem urgeat, audiendam illam, & matrimonium pro nullo declarandum eſſe cenſeo. Et hujus ſententiæ fuit B. Lutherus, Lib. Von Eheſachen, ubi dicit: Wo Betrug und Liſt hierzu gerichtet würde, damit des reichen Mannes Sohn tückiſch verfangen würde, ſo wäre es recht, daß ſie zum Spott Schaden haben müſte. Famoſum hujus rei exemplum ante triennium ſcil. *Anno 1689.* in Boruſſia contigit, ubi infimæ ſortis homo, ſplendidiſſimam familiam, ampliſſimumque patrimonium mentiens, magno inſtructus ſatellitio, viduæ nobilis ambiebat nuptias, & cum voti compos redditus, matrimoniumque penitus conſummatum eſſet, detecta fraude inſigni, non difficulter impetravit divortium. Nec diſſimile exemplum Lubecæ incognitum, ubi fœmina immenſam dotem ſe habere ſimulans, virum non infimæ dignationis deceperat nuptiasque cum ipſo contraxerat, verum comperto poſtea dolo, inſignique hujus Carſaniæ malitia pœnas ſtellionatus ſuſtinuit meritas, nec marito tantis illecebris ad matrimonium doloſe inducto denegata facultas, ad alia vota tranſeundi Et in hoc conſentiunt Richter. *Deciſ. 88. n. 25.* ubi *n. 30.* præjudicium ſubjicit, Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. Def. 204. n. 12.* Reuſner. *Lib. 3. deciſ. 5. n. 26.* Beſoldus *P. 5. Conſ. 238. n. 53.* Cothman. *Vol. 1. Reſp.* 1. *n. 731. ſeqq.* Kitzel. *Synopſ. Matrimon. cap. 4. them. 15.* Et hinc errorem

Exempla.

De errore

rem fortunæ cum dolo conjunctum vitiare matrimonium, defendit Alberic. Gentil. *Lib. 3. de Nupt. c. 4.* Optime hanc in rem *Erasmus* adductus a Cypræo *cap. 13. §. 58. n. 4. Erit quidem destinantium matrimonium, quanta fieri potest cura, providere, ne capiantur; verum in his, quæ magni momenti sunt, nec provideri queunt, circumventæ personæ partim succurrere poterit Pontificum auctoritas pronunciando, non coiisse matrimonium, partim Legum Civilium severitas, per quas non sit impune malis imponere matrimonii fuco. Non enim ad hoc institutum est conjugium, ut ne in fraudem illiciatur simplicitas, sed ut conjugum uterque suo bono jungatur alteri. Captio est, non conjugium, quam alter habet prædam, quam captabat, altera decepta plorat, nisi malis hoc raptus appellare genus.* Qua de re plura occurrent inferius in *Sect. 4.* ubi exemplis hæc sententia comprobata. *fortunæ cum dolo.*

§. XIV. Sed ut ad sponsalia revertar, non adeo quidem dubium videbatur, soli decepto pœnitere licere, non ipsi decipienti. Quod enim in contractibus dolo initis asseritur, illos ipso jure nullos esse, volente decepto non decipiente, Dn. Brunnem. *ad L. 7. n. 3. ff. de Dol.* Bargal. *de Dolo, Lib 2. divis. 6. n. 52.* Idem etiam de sponsalibus dolosis asserendum. Quare non admittenda est sententia Sanchezi *de Matrim. Lib. 1. Disp. 64. n. 3.* utrique liberum esse a fide sponsaliorum discedere, nisi aliud damnum secutum sit, ratione vero damni secuti posse decipientem in pœnam fraudis cogi, ut stet sponsalibus; subjecta ratione, quia contractus sponsaliorum claudicare nequit. Sine dubio enim Sanchezius deceptus fuit erroneo illo decisu Pontificis Innocentii III. in *C. Tua nos. 26. X. de Sponsal.* ubi proponitur casus de aliquo, qui cum copiam copulamque carnalem virginis alicujus habere non posset, nisi eandem sibi desponsasset, dixit illi; *Te Johannes desponsat, cum ipse Johannes von vocaretur, sed finxit se vocari Johannem, & hoc pacto, sine proposito contrahendi matrimonium, sed copulam carnalem tantum exequendi eandem cognovit*, quærit Pontifex, an inter illos contractum sit matrimonium? & negat, quia ex altera parte dolus adfuit, & defuit consensus, sine quo cetera fœdus nequeunt perficere conjugale. *Si sponsalia dolo inita, an decipiens pœnitere possit? De sententia Pontificis in C. 26. X. de Sponsal.*

Explodi-tur decisio Pontific.

§. XV. Sed quis non videt, insulsam esse Pontificis decisionem, & occasionem ita suppeditari innocentissimas fallendi puellas, si dolo deceptæ nullum jus agendi contra deceptorem concedatur. Et dixissem fere, affingi Innocentio III. Pontifici jurium alioqui peritissimo, sicut ex variis argumentis colligunt, hanc constitutionem; utpote cum inter Gallos eruditissimus Canonicorum Jurium indagator Stephanus Baluzius *in L. XI. Epistol. Innocentii III.* cum magna industria collectarum ejus nusquam memineris; nisi Innocentius IV. Pontifex in Commentario suo ad Decretales in eandem constitutionem commentatus fuisset, cujus tanta est auctoritas, ut Paul. de Castro *Consil. 53.* asserere non dubitaverit: *Quando Innocentius dicit aliquid, non oportet dubitare, cum ipse sit pater veritatis*, quamvis Everhardus *Topic. Legal. Loc. ab auctoritate 95. n. 18.* rectius asserat, argumentum ab auctoritate Innocentii aliquando esse probabile & necessarium, in Constitutionibus scil. tempore Pontificatus editis: aliquando saltem probabile, quando scil. in suis Commentariis quicquam proponit. Ipse vero Innocentius IV. in dicto Commentario fluctuat circa sensum *dict. C. Tua nos. 26.* Alii inter forum conscientiæ, & externum hic distingvunt, & hoc passu matrimonium adesse dicunt, non illo, ob defectum intentionis matrimonium contrahendi, Barbos. *ad d. C. Tua nos. n. 2. de Sponsal.* cui sententiæ subscribit Emanuel Gonzalez Tellez *Comment. ad d. C. n. 2.* Add. Basil. de Ponce *Lib. 2. de Matrim. c. 5. n. 6.* Sanchez. *de Matrim. L. 1. Disp. 10. & 11.* Verum enim vero, si propositum in mente retentum nihil operatur, *per L. 7. C. de Condict. ob caus. dat.* quis ullum fallaci proposito mente agitato tribueret præsidium, facultatemque repudium dandi fœminæ ita per credulitatem deceptæ concederet? Quare concludo, sponsalibus dolo initis, si decepta urgeat matrimonium, pœnitendi licentiam non competere decipienti; claudicat enim eo usque contractus, donec deceptus comperto dolo juri suo, a contractu discedendi renunciaverit, & eundem approbaverit. Haunold. *de J. & J. Tom. 3. Tract. 8. c. 2. §. 3. num. 84. seqq.*

Auctoritas Innocentii IV.

§. XVI.

§. XVI. Quæ hoc usque diximus, obtinent, si dolus ab altero sponsorum commissus; jam videndum de dolo tertii. Et quidem si constet, conscio vel mandante sponso dolosas persvasiones esse adhibitas, nemo dubitavit, idem juris obtinere, quod modo dictum. Nihil enim refert, an quis ipse, an alterius subsidio puellam decipiat: Mandans siquidem & mandatarius, imo & patiens ejusdem criminis rei sunt, §. 7. *Inst. Mandat. L. Qui patitur. 18. ff. eod.* Quod si vero sponsus doli ignarus sit, tunc cum nihil ipsi opponi possit, contractus sponsalitius subsistit, salva decepto actione doli contra decipientem, *L. 2. ff. de Proxenet.* Toties enim dolus irritum constituit contractum, quoties procedit ab injuria alterius, cum quo contrahitur, ne ei dolus suus prosit, Zœsius *Comment. ad Dig. Tit. de Dolo. n. 11.* Cels. Burgal. *Tr. de Dolo, Lib. 2. div. 6. n. 4.* Aliter sentit Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Disp. 64. n. 5.* Sponsalia dolo tertii inita non quidem esse irrita, esse tamen irritanda; quod eatenus admitto, quatenus alias ob errorem dissolvere permissum est sponsalia: Quo casu vero error non nocet, eo casu nec nocebit dolus a tertio adhibitus, contra tertium tamen de dolo patebit actio, Haunold. *d. Tract. 8. c. 2. controv. 1. num. 95.* *De dolo tertii causam sponsorum agentis.*

§. XVII. De dolo incidente alia Dd. opinio est, eum non irritare contractum, sed purgandum esse vel actione ex contractu, vel exceptione doli, *L. 7. pr. §. 3. ff. de Dol. mal. L. 13 §. 4. & 5. ff. de Act. emt. L. 21. ff. Solut. matrim.* Lauterbach. *ad ff. tit. de Dol. mal. §. 8.* Ratio in obscuro non est, quippe animus contrahendi hic jam antea adfuit. Est enim dolus accidens machinatio fraudulenta ad eum, qui alias negotium erat gesturus; in re, super qua contractus geritur, circumveniendum adhibita, Bargal. *Tract. de Dolo, Lib. 2 c. 10. de Dol. incid. n. 2. p. 185.* Si ergo quis animo secum constituerit, se Meviam ducere velle, Mevia vero hoc animadvertens, de ampliſſima dote spem faciat, aliisque callidis persvasionibus sponsum in amore confirmet, & ita sponsalia publica contrahantur, non puto illa dissolvenda esse. Libera enim voluntate, nullo vel dolo, vel metu inductus, Meviam sibi selegerat sponsam, eamque duxisset, etiamsi dolosa persvasio non interveniſſet: aliud ergo foret, si quis certo nondum constituisset, se Meviam ducturum, sed deliberaret adhuc, & hoc fine de moribus *De dolo incidente.* *Limitatio 1.*

bus & facultatibus Meviæ inquireret; hoc paſſu, ſi doloſæ perſvaſiones interveniant, & quidem facto ipſius Meviæ, dolus hic magis pro illo, qui cauſam dedit, ſeu inducente, quam incidente repudiandus foret. Ulterius temperandum hoc exiſtimo, ſi quidem ſponſalia contracturus fuiſſet cum Mevia, ipſe vero doloſe mentitas a Mevia facultates, vel ſub ratione conditionis, vel ſub ratione modi acceptet, & ita conſenſum ſponſalitium ad illum eventum reſtringat, ſi tantum dotis nomine ſolutura ſit Mevia; quo caſu, quod ab initio pure intendebatur, degenerat in negorium conditionale, & ſic eodem jure cum aliis ſponſalibus conditionatis æſtimandum. Prudentia ergo hic opus in Judice cauſarum matrimonialium, ut videat, an dolus ille cauſa movens fuerit: an cauſæ jam antea moventi acceſſerit. Quatenus tamen, ſalvo ſponſaliorum nexu, purgari dolus incidens, per refuſionem intereſſe poteſt; eatenus doli non deneganda eſt actio.

Limitatio 2.

De Sponſalibus metu contractis.

§. XVIII. Ad ſponſalia metu contracta jam progrediendum foret, demonſtrandumque, qua ratione metu compulſus a ſponſalibus diſcedendi licentiam habeat: Verum cum hoc thema a Doctoribus ſubinde diſcuſſum, nec ulla inter ipſos appareat diſſenſio, operæ pretium non cenſeo, illi enodando tempus impendiſſe, videri de eo poterunt Covarruv. *de Matrim. P. 2. c. 3. §. 4.* Sanchez. *de Matrim. Lib. 4. c. 1. ſeqq.* qui integro illo libro hanc rem pleniſſime perſequitur. Cypræus *de Sponſal. c. 13. §. 14. ſeqq.* Brouwer. *de Jur. Connub. Lib. 1. c. 17.* & Canoniſtæ *ad C. 14. X. de Sponſal.* Sane de qualitate metus arbitrandum Judici, ex perſonarum conditione & ſtatu: nil refert, quis metum intulerit. Imo levior quandoque metus non negligendus, ſi poſtea inde animorum diſſenſio non levis emerſerit, infelici matrimonio occaſionem præbitura. Reverentialem vero metum vulgo excipiunt, *arg. L. 22. ff. de R. N.* quamvis & hic ad mores patris auſteri, & in liberos ſuos facile ſævientis reſpiciendum eſſe cenſeam. Conf. Brouwer. de Jur Connub. *Lib. 1. c. 17. §. 14. ſeqq.* Ubi tamen nil refert, an ipſe ſponſus merum intulerit, an alii ad hoc ſubornati; quales caſus frequentiſſime in cognatis ſponſæ contingere ſolent, qui dum puella juvenem ad ſolitariam converſationem & amplexus inducit; non raro, quaſi ex abrupto ſupervenire, & juvenem minis aliisque actibus metum incutientibus adigere ſolent, ut fi-

t fidem matrimonii det, cujus exemplum recenſet Brunneman. l *L. 22. n. 7. ff. de Rit. nupt.* Hoc caſu fruſtra ſe excuſabit ſponſa, metus illati participem non eſſe; cum ſufficiat, libera voluntanihil promiſiſſe ſponſum. Conf. Layman. *Theol. Mor. L. 5. Tr. 10. 2. cap. 5. §. 2.* Brouwer. *de Jur. Connub. Lib. 1. c. 17. §. 11.* Et tali caſu : juramentum quidem accedens legitimabit ſponſalia, ſi ſcil. etu adhuc durante juramentum exactum fuerit. Carpz. *L. 2. 28.* Sanchez. *de Matrim. Lib. 4. Diſp. 20.*

§. XIX. Si in ebrietate contracta ſint ſponſalia, an poſt apulam ceſſantem locus ſit pœnitentiæ, disquiritur? Plerique ſtingvunt inter ebrietatem nimiam, quæ mentis alienationem ducat, & ebrietatem remiſſam, ubi non plane ignarus eſt coim, quæ aguntur, & hoc caſu a Conſiſtoriis matrimonii conmmationem injungi, teſtis eſt Nicolai *Tr. de Repud. c. 2. n. 36.* arpz. *Jurispr. Eccl. Lib. 2 def. 31.* Arniſ. *de Jure Connub. c. 3. Sect. 2.* erum ſi dicendum, quod res eſt, negari nequit, modicam quoie ebrietatem excludere ſufficientem deliberationem, quæ in duo hoc negotio omnino præcedere debet. Et vix eſt, ut non : altera parte concurrat dolus, dum variis amoris illecebris in tia Veneris pertrahere vino æſtuantem juvenem ſolent puellæ ſcivæ. Si enim cum virgine honeſta negotium foret, hæc delerium juvenis licet ex parte tantum ebrii, modeſte declinaret, : ut in aliud tempus hanc materiam differret, ſine dubio rogat. Quapropter conſultius foret, nullam vim actibus ejusmodi ter pocula geſtis tribuere, qui non niſi a ſobriis prævia devota luminis Divini invocatione ſuſcipienda erant. Hoc non iniium eſt, ut, ſi quis a ſponſalibus inter pocula contractis poſtea ſcedere velit, ob indecentem ac ſcandaloſam conjugii profanaonem carcere per aliquot dies puniatur, cujus rei præjudicia fert Hieron. Brückner. *Dec. matr. c. 1. add. adn. 70. p. 81.*

An ob ebrietatem a ſponſalibus recedere liceat?

§. XX. De ſponſalibus conditionatis, quod pœnitendi lintiam excludant, dictum jam eſt *in Sect. 1. de Fund. Obl. Sponſal.* .27. Verum cum ex principiis Juris Canonici placitisque Ponficum, opiniones quædam irrepſerint in Conſiſtoria Evangeliorum, non ſine cenſura hæc prætermittenda hic erunt. Et quiem cum ex ſeria animorum conſenſione exterius declarata, bligatio naſcatur ſponſalitia, eaque propter, ubi nulla conſenſio,

De Sponſalibus conditionatis.

Deficiente conſenſu nec Papa

nec Princeps ſponſalia ſupplere valet.

ibi & nulla deſponſatio locum inveniat, poteſtati Pontificis alteriusve Magiſtratus politici relictum non eſſe cenſeo, illum actum pro deſponſatione reputare, qui manifeſtam diſſenſionem continent. Quippe ſubſtantias rerum fundamento Divini Juris nitentium invertere, non eſt humani arbitrii: unde nec quisquam ex Canoniſtis hucusque aſſerere auſus fuit, Pontificem illos, qui nunquam ex verbis vel facto, concubitu ſcil. in matrimonium conſenſerunt, invita altera parte ſibi jungere poſſe; potius contrarium aſſerit Chriſt. Haunoldus *Jeſuita, Prof. Ingolſtad. de Juſt. & Jur. Tr. VIII. c. 8. contr. 3. n. 282.* Pontificem non poſſe ſupplere conſenſum contrahentium. Nec eccleſiam efficere poſſe, ut id, quod matrimonium non eſt, ob defectum conſenſus, pro tali habeatur, dicit Duran. *de Condit. impoſſib. P. 4. c. 6. n. 4.* Porro id quoque extra dubium eſſe reor, omne negotium, quod mero agentium conſenſu abſolvitur, ſuſpendi poſſe in qualemcunque eventum a patribus expreſſum. Cui enim liberum eſt, negotium aliquod plane intermittere, illi quoque liberum, in qualemcunque eventum ſuſpendere conſenſum, & imputet ſibi pars altera, quod tales conditiones admiſerit, puramque promiſſionem non urſerit confeſtim.

Conſenſus pro lubitu ſuſpendi poteſt.

An ſponſalia ſub conditione impoſſibili obligent?

§. XXI. His ita ſuppoſitis, apparebit illico, quid ſentiendum de ſponſa matrimonium promittente, ſi *ſponſus mare exhauſerit*, vel *cœlum aſcenderit.* Quis unquam remotis Canoniſtarum principiis hic in ſponſa conſenſum ſponſalitium adeſſe dixerit. Numne revera idem eſt, ac ſi regeſſiſſet ſponſa: Sicut impoſſibile tibi eſt immenſum pelagus exhaurire, ita impoſſibile tibi eſt meis potiri amoribus; ob quam cauſam contractus omnes ſub impoſſibili conditione initi, vitioſi ſunt, §. *n. Inſt. de Inutil. ſtip.* cujus rei rationem evidentiſſimam reddit JCtus *in L. 31. de Obl. & act quia in ea re, quæ ex duorum pluriumve conſenſu agitur omnium voluntas ſpectetur. Quorum procul dubio in hujusmodi actu talis cogitatio eſt, ut nihil agi exiſtiment appoſita ea conditione, quam ſciant impoſſibilem eſſe.* Nihilominus tamen Pontifex Gregorius IX. *in C. ult. X. de Condit. appoſ.* talem conditionem ob favorem matrimonii pro non adjecta, & hinc ſponſalia ejus generis pro puris & validis habet. Et hanc ſententiam retinuerunt huc usque Noſtrates, Carpzov. *Jurisprud. Conſiſt. Lib. 2. def. 23. num. 2.*

Sententia affirmativa.

B. Dn.

B. Dn. Ziegler. *ad Lancell. L. 2. Tit. 10. §. 9.* Harprecht. *ad Rubr. Tit. de Nupt. n. 27.* Schneidewin. *Comment. ad Tit. de Nupt. P. 1. n. 35. in fin.* cum tamen, uti §. *præc.* dictum, deficiente conſenſu, nec Papa, nec Princeps ſponſalia contracta eſſe, ſupplere poſſit. Pro coloranda hac ſententia ratio peti ſolet ex Juribus Romanis de ultima voluntate diſponentibus, ubi legatum ſub impoſſibili conditione relictum ſuſtinetur, quaſi purum, & conditio pro non adiecta reputatur, *per L. 9. & 14. ff. de Condit. inſtitut.* §. *Impoſſ. 10. Inſt. de Hered. inſtituend.* Verum reſpondet ad hoc D. Gerhardus, *Loco de Conjug. §. 133.* triplici ratione ſubjecta: (1.) *Quia nulla apparet ratio, cur in ſponſalibus naturam teſtamenti potius, quam contractuum ſequi velimus, ac proinde, quod ex ſpeciali quadam ratione in teſtamento receptum, hic in conſequentiam trahendum.* (2.) *Quia impoſſibilem conditionem addens, videtur potius ludere ac jocari, quam de perpetua & indiſſolubili vitæ conſuetudine diſponere, ac animum obligandi habere.* (3.) *Quia ejusmodi joci inter juvenes ac puellas crebro agitari conſueverunt, ex quibus ſi oriri ſtatuatur efficax obligatio, multa conſient matrimonia infelicia.* Ego primæ rationi addendam exiſtimo hanc diverſitatis rationem. In contractibus imputet ſibi alter, quod conditionem impoſſibilem admiſerit, & puriorem mentis declarationem non urſerit. At vero in teſtamentis copia contradicendi non datur, cum regulariter abſente legatario vel herede diſponat teſtator; hinc lex benigna interpretatione, ob præſumtam teſtatoris voluntatem, quod voluerit diſpoſitionem ſuam ſine effectu eſſe, obſtaculum implenti removet, & benignius ſeu plenius ultimum interpretatur elogium, *L. 12. ff. de R. J.* quod non facere poteſt in negotiis ab utriusque voluntate dependentibus, ubi ſibi imputet alter, quod non melius ſibi voluerit cautum, puram promiſſionem urgendo, *L. 9. §. 3. in fin. ff. de Pignor. act.* Add. Baſil. Ponce *de Matrim. L. 3. c. n. 7.* Gonzalez. Tellez. *ad C. fin. X. de Condit. appoſ. n. 6.*

Negativa defenditur.

§. XXII. Quapropter temperandam illam ſententiam exiſtimat Gerhard. *cit. loc.* ut Judex reſpiciat, an aliunde animo contrahendi conſtet, an non. Priori caſu ſubſiſtere ſponſalia, non item poſteriori; quod facile admitto, ſi alia conſenſus documenta adſint. Interim per ſe certum manet, falſam eſſe ſententiam, quod ex promiſſione ſub conditione impoſſibili naſcantur ſponſalia,

Temperamentum.

ſalia, quod & agnoſcit Bechſtadt. *de Condit. ſponſal. L. 1. c. 5. n. 7. & 9.* Cypr. *de Sponſal. c. 8. §. 6. n. 3.* Brouwer. *de Jur. Connub. L. 1. c. 21. n. 14.* qui duo poſteriores Pontificem *in d. C. fin. de Condit. appoſ.* de contracto jam tum matrimonio exaudiendum cupiunt, ſed ſine ratione: Si enim ſemel contractum matrimonium, nec honeſtiſſima conditio eidem adjecta ullius efficaciæ erit; nam conditioni renunciat, qui illa pendente matrimonium conſummat, *C. 3. & 6. X. de Condit. appoſ.* Alias varie ſe torquent Canoniſtæ in excuſanda Pontificis deciſione ſatis abſurda, uti videre eſt apud Haunold. *de J. & J. Tr. 8. cap. 4. controv. 3.* Add. Duran. *Tr. de Condit. & mod. impoſſib. P. 4. c. 6.* Aliqui Pontificem de reſolutiva, non ſuſpenſiva conditione ibi agere aſſerunt, Gonzalez Tellez. *ad d. C. fin. de Condit. appoſ. num. 7.* Bruſſel. *de Condit. Lib. 4. tit. 2.* Verum nec illa ſententia Pontificis ex verbis apparet: alioquin enim aſſerendum foret, matrimonium ſub hac conditione conſummatum, ſi aliam digniorem invenero, nullum aut diſſolvendum eſſe, quod ex *d. Capit.* ſequeretur. Alii illud *cap. fin.* ad matrimonium ita reſtringunt, ut ad ſponſalia plane non pertinere dicant: hinc in ſponſalibus, qualiscunque tandem conditio adjecta nullam obligationem adeſſe dicunt, ante ejus eventum. Lud. Engel. *Coll. Jur. Can. tit. de Condit. appoſ. num. 13.* Zœſ. *ad d. tit. num. 22.*

De impoſſibilitate juris.

§. XXIII. De conditionibus in Jure impoſſibilibus deſponſationi adjectis, idem dicendum exiſtimo, quod ſicuti contractus ſub conditione turpi initus, obligationem non producit; ita nec ſponſalia ſubſiſtant, ſive conditio illa turpis invertat matrimonii ſubſtantiam, in quo fere conſentiunt Dd. ob *dict. C. fin. X. de Condit. appoſ.* ſive aliud quoddam ſcelus reſpiciat, matrimonii ſubſtantiam non concernens, e. gr. ducam te, ſi patri futuro ſubtraxeris mille, vel, ſi Mevium occideris. Verum in hac poſteriori aſſertione iterum diſſentiunt noſtrates; ſponſalia illa pro validis reputantes, conditione turpi remota, ob verba finalia Pontificis *in d. C. fin.* Vid. Carpz. *Lib 2. def. 23. n. 8.* Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 132.*

An C. fin. ad matrimonium reſtringendum?

in fin. Bechſtad. *de Condit. ſponſ. P. 1. c. 8. n. 2.* Tarnov. *de Conjug. L. 1. c. 78.* Sed uti antea dixi, plerique Canoniſtarum Pontificem in *d. C. fin.* tantum de matrimonio annullando agere aſſerunt, non vero de nuda deſponſatione, unde argumentum inde peti non

non poterit: Nec plus conſenſus in illo, qui ſub conditione turpi ſponſæ fidem matrimonii dedit, adeſſe dici poterit, quam ſi ſub conditione impoſſibili id faciat. Quare remoto conſenſu, removetur obligatio ſponſalitia; vide Brouwer. *L. 1. cap. 21. n. 18.* qui pariter Pontificem explicat: quod in *d. C. fin.* de matrimonio jam contracto agat, quod hoc ob tales conditiones turpes non ſit diſſolvendum; quod ipſi & reliquis Canoniſtis lubens quidem largior: ſed deſidero rationem, quare matrimonium jam tum contractum, cui hæc conditio adjecta erat: *ſi adulterium commiſeris*, pro nullo ſit cenſendum, & non potius hæc conditio, ſalvo ceteroquin matrimonio, pro non adjecta reputanda? Diceres quidem, invitare hoc pactum ad delinquendum, & hinc vitioſum eſſe, *arg. L. 27. §. 3. ff. de Pact.* ſed cur non æque ad delinquendum invitat conditio: *ſi furtum feceris?* Et ſane cum conjugibus a ſe invicem divertere non liceat apud nos, niſi ex decreto Conſiſtorii; quis quæſo conjugum in priori caſu implorare poſſet Conſiſtorium pro dirimendo matrimonio? Si enim uxor id faceret, & ſe ſub conditione adulterii committendi contraxiſſe hoc matrimonium, jamque ſe a marito ad adulterium inſtigari dicat; reſponſum reciperet: facias officium honeſtæ uxoris, & ab alienis moribus te temperes ulterius: marito autem ſub certa mulcta inhibendum, ne mercalem habeat uxorem, uti Impp. loquuntur in *L. Mercalem. 5. C. de Condict. ob turp. cauſ.* Quod ſi vero ipſe maritus ad Conſiſtorium provocaret, levitatis ſuæ pœnas referret merito. Ex quo apparet, quam improvide in matrimoniis plerumque ſequamur placita Papalia.

§. XXIV. De conditionibus honeſtis adhuc id monendum: receptam eſſe pariter in Conſiſtoriis noſtris illam diſtinctionem: an conditio ipſos contrahentes concernat, an non: ſive an ſponſus in ejus implemento intereſſe habeat, an ſecus. Illa ex omnium confeſſione obligationis vinculum ſuſpendit. Hæc vero, quæ alias peregrina dicitur E. G. ſi Hiſpanus vicerit Gallum, pro non adjecta reputari ſolet, ita, ut idem ſit, quam ſi pure contracta eſſent ſponſalia, Schneidewin *ad Inſt. Tit. de Nupt. P. 1. n. 36. in fin.* Joach. a Beuſt. *de Sponſal. P. 1. §. 18. p. 26.* Kitzel *Synopſ. matrim. c. 4. Theorem. 13. lit. C.* Fateor equidem, probabilem eſſe hanc ſententiam, cum alterius non referat, an illa conditio fuerit *De Conditionibus honeſtis.*

impleta, vel non; exceptio autem: *Tua non interest*, repellat omnem agentem. Verum si paulo accuratius in sententiam hanc communiter receptam inquiramus, non existimo, perfectam obligationem hic adesse. Quippe in contractibus aliis nil refert ad suspendendam obligationem, an mea interfit, conditionem illam impleri, vel non: sed sufficit, non aliter me, quam sub illa conditione contraxisse. Hinc præsupponebam supra §. *XX. in fin.* in negotio tali, quod ex consensu agentium dependet, liberum cuivis esse, an pure, an sub conditione, quæcunque mihi libuerit, consentire velim, & pariter hic sibi imputet sponsa, quod conditionem illam admiserit. Ex quibus omnibus jam in comperto erit, an a sponsalibus conditionatis unius dissensu recedere fas sit? Valida enim hic jam subest obligatio, ad exspectandum conditionis eventum, a qua se alter altero invito liberare nequit.

De causa dissensus circa dolum.

§. XXV. Sufficiant hæc de ratione discedendi a sponsalibus contractis, ob causam consensum excludentem facto alterius desponsatorum. Jam ad illam repudii causam transeundum, ubi quidem impedimentum consensus aut dolosa instigatio ad nuptias non præcessit, interim tamen opinione sua quis lapsus, & ita dolus quasi re ipsa contigit, dum quis illam duxit ignorans, quam, si melius informatus fuisset de animi fortunæque dotibus, nunquam duxisset. Causa vero hæc dissensus, aut præcessit sponsalia, aut iisdem jam contractis supervenit.

De causa dissensus præcedente, sed non ignorata.

§. XXVI. Causas præcedentes quod attinet, si perspectas habuerit illam contrahentium alter, nihilominus autem in matrimonium consenserit, sera apud ipsum pœnitentia erit, quippe approbasse videtur sequiorem sponsæ suæ conditionem, nec ipsi volenti ulla fit injuria, & hinc nec de dolo conqueri jure poterit. *C. 27. de R. J. in 6.* Ita enim pariter cum reliquis comparatum est contractibus, ut qui vitia rei noverit ante contractum, postea se deceptum dicere nequeat, *L. 1. §. 6. & L. 14. §. fin. ff. de Ædilit. Edict.* Quare & defloratam scienter sibi despondens, renunciare sponsalibus non poterit, cum sibi imputare debeat, quod meliorem non selegerit. Sero enim accusat mores sponsæ, quos illam sibi despondendo approbavit. *L. 13. §. ult. ff. de ad L. Jul. de Adulter.* Gerh. *de Conjug. §. 111.* Carpz. *Jurispr. Consist. L. 2. Def. 187. n. 19.* Idem de aliis

aliis asserendum impedimentis ad dissolvenda quidem sponsalia sufficientibus; verum antea notis & neglectis.

§. XXVII. Quid vero si de moribus sponsæ dubitare incipiat sponsus, dum ab aliis laudatur, ab aliis culpatur, & inde sponsus non nisi sub hac conditione: *si talis fuerit, qualem deprædicarunt sponsaliorum conciliatores*, fidem connubii faciat, an postea melius informatus, resilire possit? Decisio hujus rei patebit ex Responso subsequenti Fac. Jur. Francof. *de Anno 1684. d. 4. Aug.* Ist Sempronius zum Pfarr-Amt nach N. vociret, und dabey ihm angedeutet worden, daß des vorigen Paltoris Tochter Caja bey der Pfarre erhalten werden solte, darauff Sempronius auf Persvasion der Cajæ Curatoris, welcher sie ihm wegen ihrer guten Aufferziehung und Qualitäten sehr gerühmet, sich dahin erkläret, die Cajam, im Fall sie ein solches Mensch wäre, zu heyrathen, da aber nachhero die Gemeine, zu derer Prediger Sempronius berussen, etliche abgeschicket, und ihm remonstriren lassen, wie es ihnen hertzlich leid, daß er wegen übeler Erziehung der Cajæ sich in solches Unglück stürtzte, und Sempronius dadurch seine Gedancken zu ändern bewogen, so ist dessen Introduction, ohngeachtet die Gemeine vor ihn bey dem Patron Sejo intercediret, deshalb ins Stecken gerathen, dahero Sempronius auff abermahlige Persvasion und Betheurung des Curatoris Titii, wie der Gemeine Vorgeben von übler Erziehung der Cajæ falsch wäre, einen Revers ausgestellet, darin er sie zu ehlichen versprochen, wenn sie zuvor 1. oder 2. Jahr bey ehrlichen Leuten, die Haußhaltung zu erlernen, sich würde auffgehalten haben. Ob nun wohl hieraus eine beständige Verbindlichkeit entstanden zu seyn scheinet, indem bekant, quod vinculum inter desponsatos ex solo consensu oriatur; *L. 30. ff. de R. J.* Solcher Consens aber in diesem Fall zu zweyen unterschiedenen mahlen interponiret worden, ex qua iteratione vel geminatione firmius animi propositum colligitur. Klock. *Vol. 3. Conf. 149. n. 216.* Mevius *Conf. 103. n. 24.* Die Mores der Cajæ auch nunmehr kein erhebliches impedimentum machen können, anerwogen Sempronius, da ihm die Gemeine der Cajæ Mängel bereits offenbahret, dennoch einen Revers de consummando matrimonio ausgefertiget, und dadurch sich seines Rechtes begeben; Zu geschweigen, quod error circa mores & animi probitatem sonst keine Eheverbindniß vitiiret. Cypr. *de Spons.*

De sponsalibus sub conditione: si probus fuerit, contractis Casus.

Rationes dubitandi.

Rationes decidendi.

de Sponſ. c. 13. §. 39. Weil aber dennoch einem Prediger vornehmlich gebühret, mit allem Fleiß dahin zu ſtreben, daß er mit ſolcher Perſon ſich verehliche, welche ehrbar iſt, auch nüchtern und getreu in allen Dingen, damit ſie ſeinem Hauſe wohl vorſtehen, und er mit derſelben ohne Aergerniß ſeiner Zuhörer leben könne, *1. Tim. III, 11.* (2) Sempronius auch anderer Geſtalt, als im Fall Caja eine dergleichen honeſte und wohlgezogene Perſon wäre, niemahls conſentiret. (3) Der ausgeſtellte Revers ſich auf eben ſolches Fundament beziehet, weil der Curator Titius bey ſeinen wahren Worten verſichert, daß ſichs nicht alſo verhalte, wie die Gemeine von der Caja berichtet, es ſich doch ietzo anders befindet; Nihil vero operatur geminatio, quando in actu geminato idem ſubeſt vitium, quod erat in ſimplici, ſeu, ſi eadem ratione adductus ad actum poſteriorem, qua ad priorem, Riminald. *Conſil. 750. n. 17 ſeqq.* (4) Ferner auch dieſem Revers die expreſſa clauſula annectiret, daß Caja 1. biß 2. Jahr bey andern Leuten ſich aufhalten, und die Haußhaltung erlernen ſollen, welches von derſelben nicht erfüllet, indem ſie zwar ſolchem nachzukommen angefangen, aber wegen ihres üblen Comportemens in einem Jahr 5. mahl ihre Herren verändern müſſen. (5) Hiernechſt auch aus ſolchem Revers keine præſens Deſponſatio geſchloſſen werden kan, ſondern es iſt ſelbe nur bloß de futuro, indem Sempronius nicht der Cajæ, ſondern einem Tertio verſprochen, er wolle ſie heyrathen, wenn ſie zuvor die Haußhaltung würde erlernet haben, iſt alſo der Conſenſus und die Deſponſatio biß dahin differiret worden; Nun iſt aber ſolche Condition nicht erfüllet, qua ceſſante, ceſſat promiſſio ſub conditione facta. *C. un. §. fin. de Sponſal in 6.* Carpz. *Jurispr. Eccleſ. L. 2. def. 20.* Worzu (6) kommt, daß Caja ſelbſten dem Sempronio untreu worden, indem ſie ſich mit einem Schuh-Knechte dergeſtalt eingelaſſen, daß bereits mit demſelben publica Sponſalia angeſetzt geweſen, welche mit einem andern vorgenommene Verlobung von ſolcher Würckung iſt, daß, wenn gleich Sempronius ordentlich mit ihr wäre verlobet geweſen, er dadurch liberiret worden: Subeſt enim in omni deſponſatione tacita conditio, ſi illa in legem connubii non peccaverit, quo facto etiam jurata ſponſalia diſſolvuntur. *Cap. Quemadmodum. 25. pr. X. de Jurejur.* (7) Uberdem hat Caja und ihre Mutter dem Sempronio einen Gegen-Revers gegeben, darinnen

Sponſa alii ſe deſpondens juſte repudiatur.

des

es Sempronii erſter Revers caſſiret, und ihm nach Belieben zu eyrathen freye Macht und Gewalt gegeben, nun können aber die Deſponſationes de futuro per mutuum conſenſum ohnſtreitig inwieder gehoben werden. *C. Præterea. 2. X. de Sponſal.* Carpz. *Jurispr. Eccleſ. L. 2. def. 174. n. 7.* (8) Zu geſchweigen, daß ein infelix eventus aus ſolcher gezwungenen Heyrath entſtehen würde, welches och ein Judex Eccleſiaſticus zu verhüten hat, *C. Requiſivit. 17. in n. X. de Sponſ.* Nam ſi matrimonium ex certis cauſis prævide- poſſit infauſtum, ſcandaloſum & multis miſeriis obnoxium, d conſummationem nuptiorum compellere injuſtum eſt. Mev. *3. Dec. 382. n. 5. & Part. 6. Deciſ. 226.* Carpz. *d. Lib. 2. def. 176. n. 14.* lothmann. *Vol. 2. Reſponſ. 86. n. 42.* (9) Wozu kömmt, daß Sem- onius bereits mit einer andern, nachdem ihm Caja durch ihren evers des Anſpruchs erlaſſen, publica ſponſalia contrahiret; Jam ro publica poſteriora præferuntur prioribus de futuro, *arg. c. 25. de Jurejurand.* So halten wir davor, daß Caja bey ſo bewand- *Deciſio.* n Umſtänden Sempronium ad conſummationem matrimonii zuhalten, oder die Vollziehung ſeiner anderweitigen Verlöbniß hindern nicht befugt ſey. V. R. W.

§. XXVIII. Quod ſi vero ante ſponſalia ſponſo ſponſæve *De cauſa* hujusmodi obſtaculis non conſtiterit, intereſſe quidem vide- *præceden-* tur, an adeo latentia fuerint illa vitia, ut nec inquirenti ſponſo *te ignora-* onſæve de illis conſtare potuerit: an vero diligentiori quadam *ta.* lagine detegi potuiſſet, quod ex poſt facto urgetur impedi- entum. Poſteriori caſu vix locus pœnitentiæ concedendus vi- tur, cum in negotiis omnibus utrinque obligatoriis æquiſſima ec obtineat regula: Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe bet non ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit, *L. 19. ff. R. J.* quam in ſponſalibus ineundis, ubi pexpetua vitæ ſocietas ntrahenda, quam maxime neceſſariam fatebitur unusquisque. æceps enim in amores ruit connubiales, qui oculis ſaltem, non ribus in ſeligendo conjuge fidem habet. Attamen nihilomi- s attendendum cenſeo, an quicquam de ſequiori & ſorte, & tuna ſponſi ante ſponſalia ad aures ſponſæ pervenerit, ita qui- m, ut ſi voluiſſet, de rumoris veritate ſe facile informare po- ſſet: Huic ſane difficilius ſuccurrendum cenſeo, niſi illecebris ſisque ſponſi perſvaſionibus inducta rumori fidem denegave-

rit, & fiduciam omnem in verbis ſponſi collocaverit. Quamvis enim hac ratione non extra culpam ſit ſponſa, quod credula fuerit nimium. Ignoſcendum tamen ſexus fragilitati eſt, quia fœminæ contra commoda ſua, præſertim amoris œſtro percitæ, laborare ſolent, dum ſexus muliebris fragilitas plerumque in perniciem ipſarum convertitur §. 1. I. *Quib. al. lic.* L. 4. *in fin. C. de Sponſal.* Sponſus vero quamvis tali caſu ad fragilitatem ſexus provocare nequeat, hoc tamen præſidii habet, quod in culpa ſaltem ſit, inquiſitionem negligendo; ſponſa vero non extra dolum, ſplendidiorem fortunam ubique ſimulando, eoque ſponſum ad deſponſationem inducendo; jam vero dolus præponderat culpæ. Celſ. Bargal. *Tr. de Dolo. Lib. 6. Reg. 12.* Add. Cypræus *de Sponſal. cap. 13. §. 35. num. 2.* Conferatur præjudicium antea adductum §. XII.

De ſorte ſponſæ concepta, ſed non pacta.

§. XXIX. Aſt vero hic non confundendi erunt caſus, an ſponſa de ſponſo animo ſaltem conceperit ampliſſimas fortunæ virtutisque dotes, ſponſus vero tale quicquam de ſe non affirmaverit, multo minus intempeſtiva illa fortunarum ſuarum prædicatione ſponſam, ut talia animo conciperet, induxerit. Hic enim nihil eſt, quod ſponſo imputari poſſit, ſponſa vero ſuæ adſcribat facilitati, quod blandita ſibi fuerit de tam inſigni proco, revera tamen omnibus animi fortunæque dotibus deſtituto. Et huc refero Canoniſtarum aſſertum, quando quis exiſtimat ſe divitem ducere, cum pauper ſit admodum, non eſſe locum repudio, *c. un. Cauſſ. 29. q. 1.* modo tamen doloſa conditionis reticentia, vel divitiarum ſimulatio non præceſſerit; quamvis & illo caſu ſtatuta Hamburgenſia repudio locum faciant, *P. 2. Tit. XI. §. 7.*

De ſponſalibus errore contractis.

§. XXX. Hac ratione itaque dilabimur ad ſponſalia per errorem contracta, quæ regulariter vim obligandi habere nequeunt: nihil enim tam contrarium eſt conſenſui, quam error, *L. 15. ff. de Jurisdict.* Unde contractus in univerſum omnes interveniente errore vitiantur. *L. 57. ff. de Oblig. & act.* Jure Canonico tamen introducta illa diſtinctio inter errorem perſonæ, fortunæ, conditionis & qualitatis, *c. un. Cauſ. 21. quæſt. 1.* ita ut error qualitatis & fortunæ matrimonium non vitiet. Quæ ſententia quadantenus fundamentum habet in Jure Romano, ubi non omnis error venditionem reſolvit, ſed ille tantum, qui corpus concer-

concernit, *L. 9. pr. ff. de Contrah. empt.* Secus, ſi tantum in qualitate erratum, ubi emtio ſubſiſtit, *per L. 21. §. 2. ff. de Act. emt.* Card. Mantica *de Tacit. & ambig. convent. Lib. 4. tit. 4. n. 7.* Ex quo principio deductum videtur Pontificis aſſertum: errorem qualitatis non vitiare ſponſalia. Verum uti jam ſupra dictum, ſi error circa talem defectum commiſſus, quem ſi antea ſciviſſet alter deſponſatorum, ſponſalia nunquam contraxiſſet, non quidem ipſo jure nulla eſſe ſponſalia, juſtam tamen cauſam inde naſci, ut a ſponſalibus diſcedi poſſit. Non quidem hoc applicatum cupio id fortunæ errorem, utpote cum de facultatibus ſe ſatis informare potuerit alter, niſi dolus alterius accedat, de quo jam dictum §. 28. In ceteris tamen erroribus omnino ad dictam jam regulam reſpiciendum erit, quam & approbat B Lutherus *Lib.* Von Eheſachen, *Tom. 6. Witteb. fol. 269.* Wenn ein Mann ſolchen Mangel hernach an ſeiner Braut findet, daß er ſie nicht genommen hätte, wo ers zuvor hätte gewuſt, ſoll er ja billig frey ſeyn ſie zu laſſen, denn er hat ſie mit ſolchem Zuſatz nie bewilliget zu nehmen. Add. Dn. Nicolai *de Repud. & Divort. cap. 2. num. 4.* Sanchez *de Matrim. Lib. 1. diſp. 62.* Leſſius *de Juſt. & Jur. Lib. 2. c. 18. dubit. 10. n. 72. ſeqq.* ubi hanc rationem ſubjicit: *Quia ſecundum affectum & intentionem, quam habebas promittendo, non cenſeris te voluiſſe obligare ad implendam promiſſionem, ſi talem defectum in ea deprehenderes.* Nec urgeri poſſunt textus, qui ob errorem qualitatis reſciſſionem venditionis non admittunt: etenim diſpar ſponſaliorum ratio eſt; qui enim in venditione ob errorem qualitatis læſus, actionem ad intereſſe ſalvam habet, *per d. L. 21. §. 2. de Act emt. & L. 15. ff. de Contrah. emt.* At vero quæ hic reparatio intereſſe dabitur, ſi pro virgine proba improbam acceperis ſponſam, perpetuam futuri connubii turbatricem, certiſſimamque Carfaniam.

An error indiſtincte vitiet?

§. XXXI. Quapropter errorem qualitatis externæ, ut vulgo vocant, ſi quis pro bene morata & proba, improbam & peſſime moratam acceperit, cum qua non niſi infeliciſſime matrimonium tranſigere poſſit, cauſam juſtam ſuppeditare repudii ſiſtimo, utut vulgo contrarium ſtatuatur, vid. Gerh. *de Conj. n. 108.* Havemann. *de Jur. Connub. Lib. 1. Tit. 4. §. 6.* unde *ſi quis nutias promiſerit captioſæ, cervicoſæ, iracundæ, loquaculæ, inurbanæ,*

De errore circa mores.

obſtipæ mentis mulieri, quam lenis animi, morigeram, verecundam, honeſtis præditam moribus credebat, firma ejus erunt ſponſalia, & nimis ſera poſt ſponſionem in affectus mentis inquiſitio, uti poſt Vinnium, Kitzelium, aliosque exiſtimat BrouWer. *de Jur. Connub. Lib. 1. cap. 18. n. 14.* Eſt quidem, quod hic imputari poſſit ſponſo, quare in mores deſponſandæ non inquiſiverit accuratius: at vero mentiuntur ſæpius probitatem puellæ, quoties matrimonii ſpem ſibi affulgere vident; quod ſi alios conſulueris, plerumque nævos puellares excuſant; & ſi tandem aliqui fuerint, qui apertius mores corruptos detegant, hoc declinare ſolent ſponſæ cognati, dicendo: mendacia illa eſſe, ex invidia vel inimicitia aliorum profecta: interim meliora credit ſponſus, donec poſt ſponſalia contrarium ipſo facto experiatur, cui ſuccurrendum eſſe, ipſa æquitas poſtulat. Optime B. Lutherus *d. p. 269.* Und ob dieſem Theil das ſolt ſchaden, daß es nicht mit Fleiß nach ſolchem Mangel zuvor gefraget habe, und alſo die Schuld ſeiner Unfürſichtigkeit gegeben werden; ſo ſoll doch vielweniger jenes Theil helffen, daß er ſeinen Nechſten wiſſentlich betrogen hat, und deſſelben treue Zuverſicht laſſen alſo fährlich und unverwarnet feilen; wer wolte einem Bräutigam um ſeiner redlichen Liebe und löblichen Brunſt willen ſolche ſeine Unvorſichtigkeit nicht zu gute halten; Ja auch ſeine hertzliche gute Zuverſicht und Vertrauen, daß er nicht hat gefraget, nicht vielmehr loben? So viel ärger iſt jenes Theils Untreu und Miſſethat, daß ſie ſolche Treu dieſes Theils nicht hat mögen warnen, ſondern auch darzu helffen, daß es anlieffe und feile. Auch ob jemand gleich gerne wolte nach allem Mangel forſchen, ſo iſts nicht Landesſitte, noch Gewohnheit, und obs Gewohnheit wäre, würde niemand ſeinen Mangel, ſonderlich die heimlichen, als den Auſſatz, gerne ſelbſt offenbahren zu ſeinem Schaden, ſondern leugnen, bergen, ſchmücken, und auffs geringſte und kleinſte machen, als er immer möchte. Sane ſi ullibi, certe in tanta morum diſſenſione obtinebit illud, quod Pontifex commendat *in C. 17. X. de Sponſal.* Quoties matrimonium infelix prævideri poterit, non compellendos ad hoc eſſe deſponſatos; Nulla vero major infelicitas, quam quæ ex deperditis ſponſæ moribus reſultat, quo ipſo omnis rei œconomicæ benedictio deſtruitur.

§. XXXII.

§. XXXII. Idem obtinebit, ſi circa Religionem commiſſus ſit error. Nullibi enim major occaſio malo more tranſigendi matrimonium naſci poterit, quam ubi circa Religionem diſſentiunt, quæ ſi non antea certe ubi de educatione liberorum agitur, ſe exerit, dum quisque ſuis deſtinare ſacris liberos cupit. Unde jam in Cod. noſtro ob religionis vel ſectæ diverſitatem repudium approbatum, *L. 5. verſ. His illud quoque. C. de Sponſal.* Quamvis circa religionem non facile error, niſi concurrente craſſa quadam ignoratia, aut alterius manifeſta ſimulatione vel dolo, contingere poſſit; ubi hoc caſu ob dolum eo facilius quis diſcedere poteſt: illo autem caſu difficilius, cum ſe informare potuerit, quibus ſacris addictus ſponſus ſit, Brouwer. *d. Tract. Lib. 1. cap. 18. n. 15.* *De errore circa Religionem.*

§. XXXIII. Huc etiam referendum puto caſum, ſi quidem diverſæ religionis impedimentum non ignoraverit ſponſus, & illo non obſtante pura contraxerit ſponſalia, poſtea tamen improviſum quidpiam ſuperveniat, quod ſibi, vel liberis inde natis, grave præjudicium inferre poſſit. Caſus hic eſt: Contraxerat quis ſponſalia in terris Imperatoris hæreditariis cum virgine Pontificia ſub pacto, *ut liberi inde nati patris religionem ſequerentur*, poſtea ex improviſo ſolemni edicto cavebatur, ut in poſterum liberi parentem Catholicum indiſtincte ſequerentur, etiamſi mater tantum huic religioni addicta, quo facto ſponſus renunciabat ſponſalibus, cum conſcientiæ ſuæ refragari diceret, liberos huic religioni deſtinare, cui ſine ſalutis periculo ſe addicere neminem poſſe, certo perſvaſus eſſet; & hinc diſquirebatur, an ſponſa conſummationem matrimonii urgere poſſit? Reſponſum eſt, quod non, quia ſponſalia etiam ab utraque parte jurata tolluntur, ſi tale quid ſupervenerit, quod ab initio prævideri non potuit, cum omne juramentum intelligatur, rebus in eodem ſtatu manentibus, quod in ſpecie quoque in ſponſalibus obtinet. *C. Quemadmodum. 25. X. de Jurejur.* Barboſ. *in d. c. 25.* Beſold. *P. 2. Conſil. 80. n. 44.* Rebus enim notabiliter mutatis, non obligat ſponſalitia promiſſio præſertim ſi ſuperveniens tale ſit, quod ſi ab initio extitiſſet, nemo ſponſalia contracturus fuiſſet. Sanchez. *de Matrim. Lib. 1 Diſp. 62. n. 2.* Henriq. *de Matrim. Lib. 2. cap. 14. in f.* Beſold. *d. Conſ. 80. n. 40. ſeqq.* Subeſt enim in ſponſalibus ſemper conditio, *De incommodo liberis ex diverſa religione imminente.*

nisi quid intervenerit, quod promissionis implétionem impedire possit, Gerhard. *de Conjug. §. 130. in f.* Et si ob periculum mali exitus, quod verisimiliter prævideri potest, dissolvenda sunt sponsalia; *C. Requisivit. 17. X. de Sponsal.* Marcus Antonin. Macerat. *Variar. Resolut. Lib. 1 Resol. 2. n. 7.* Gutierrez. *de Sponsal. & matrim. C. 33. n. 2.* Cardin. Cels. *Decis. Rom. 374. n. 7.* Cur non magis hoc casu id obtineret ubi liberis ex hoc matrimonio nascendis, animi periculum imminet, ex quo perpetuis conscientiæ scrupulis postea angeretur sponsus. Cavendum ergo Consistorialibus, ne contrahentes contra concessam libertatem & præter mentis propositum & voluntatem per compulsionem ad consummandum matrimonium, in extrema vitæ, corporis, & animæ conjiciantur pericula, Besold. *P. 2. Consil. 80. n. 51.* & eapropter sponsum a petitione sponsæ absolvendum existimavimus.

De errore virginitatis.

§. XXIV. De errore circa virginitatem operosus non ero, cum hoc thema satis abundeque ab aliis anticipatum sit, vid. Cypr. *de Sponsal. cap. 13. §. 39. seqq.* Certum hic omnino est, sponsum, si hoc sciviſſet, nunquam cum illa persona sponsalia contracturum fuisse, nam si hic error ad matrimonium jam contractum dissolvendum sufficiens est, ex receptissima Consistoriorum nostrorum sententia, Carpz. *Jurispr. Eccl. L. 2. d. 193. & sqq.* Nicol. *de Repud. P. 2. c 3. n. 44.* cur non multo magis sufficeret ad dirimenda sponsalia. Id majoris dubii est, an si puella alias honesta, vi stuprum passa, repudio locus sit? Affirmat hoc Cypræus *d. c. 13. §. 42.* si scil. vi stuprata nihilominus se pro virgine venditarit, quia sic in dolo fuit. Verum extendendum hoc puto, etiamsi se expresse pro virgine non gesserit, sed procus illam talem esse crediderit, & post contracta demum sponsalia hujus rei certior factus: nam nec hic, si gnarus ante hujus negotii fuisset, illam duxisset. An autem sponsa resilire valebit, si sponsum ante sponsalia stuprum commisisse perceperit? Libidini hic vela pandunt, qui majorem castitatem in virginibus, quam juvenibus desiderant, Lex Divina sexum non distingvit. Ipse Ulpianus, JCtus ethnicus, periniquum esse censuit, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet, *L. 13. §. 5. ff. ad L. Jul. de Adult.* Et pium omnino monitum est Augustini *in Can. 2. Caus. 32. qu. 6.* quo alloquitur adolescentes: *Si ducturi estis uxores, ser-*

De vi stuprata.

De stupro sponsi.

vate

vate vos uxoribus veſtris. Quales vultis eas invenire, tales & ipſa inveniant vos. Quis juvenis eſt, qui non caſtam velit ducere uxorem? ſi acceptturus eſt virginem, quis non intactam deſideret? intactam quæris? intactus eſto: puram quæris? noli eſſe impurus. Non enim illa poteſt, & tu non potes. Sane & ſponſa honeſtum deſiderat ſponſum, qui non vagis libidinibus maculaverit corpus; unde merito locum hic repudio concedit Carpzov. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 188.* Brouwer. *d. Lib. 1. cap. 18. n. 36.* quamvis diſſentiant non pauci, Cypr. *de Sponſal. c. 13. §. 57. n. 2.* Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Diſp. 63. n. 9.* Finckelthauſ. *Obſerv. 20. n. 85. ſeqq.* qui variis præjudiciis confirmat, repudio hic locum non eſſe, licet prior ſententia calculum meruerit in Supremo Conſiſtorio Saxoniæ, teſte Dn. Nicolai *Tr. de Repud. & Divort c. 2. n. 66.*

§. XXXV. De errore conditionis inter Canoniſtas receptum eſt, ob eundem locum eſſe repudio, *Can. un. Cauſ. 29. qu. 1.* Verum ſi rationem deſideres, quare hoc permiſerit Pontifex, non alia reddi poterit, niſi quod, ſi alter hujus conditionis gnarus fuiſſet, nunquam ſponſalia contracturus fuiſſet. Errorem enim circa ſubſtantiam matrimonii hic commiſſum eſſe, nemo affirmaverit, cum inter ſervos & liberos Jure Divino ſubſiſtat matrimonium. Quid ergo, ſi quis ignobilem pro nobili ſibi deſponſaſſet? Sponſalia hoc caſu diſſolvi poſſe, ſi alter ſe nobilem mentitus ſit, non adeo dubium eſſe cenſeo, vid. Cypr. *de Sponſal. c. 13. §. 36. n. 4.* Verum quid ſi ſe talem expreſſe non venditaverit ſponſa, ſed ſponſus opinione ſua lapſus ſit? Adhuc audiendum eſſe ſponſum puto, ſi ejus conditionis ſit, ut non niſi nobilem ducturus fuiſſet: quibus caſibus non raro opus eſt jurejurando, quo exploretur animus, an non gnarus conditionis ſponſæ fuerit, & ad ejus perſonam magis, quam avos, atavosque reſpexerit: conf. Brouwer. *L. 1. c. 25. n. 9.* Alia ratio eſt, ſi ſponſam ignobilem ſciverit, & poſtea urgentibus agnatis repudium ipſi mittere velit; hoc enim admittendum non eſſe, pluribus demonſtrat Dn. Nicolai *de Repud. c. 2. n. 84. ſeqq.* *De errore conditionis.*

§. XXXVI.

De errore circa valetudinem.

§. XXXVI. Quod ſi circa valetudinem ſponſi ſponſæve erratum, & contractis demum ſponſalibus ſequior conditio innoteſcat, iterum reſpiciendum exiſtimo, an hujus generis morbus ſit, cui mederi facile nequeat, eaque propter ſponſus, ſi hanc conſtitutionem ſponſæ ſciviſſet antea ſponſalia contracturus non fuiſſet. Quod ſi enim morbo Gallico, epilepſia, phreneſi aut phtiſi laboret puella, nemo facile ejus amplexum ambiturus eſt, cum conjunctio conjugalis cum tali perſona vix extra periculum contagii eſſe ſoleat: ut taceam, plerumque in liberos derivari vitia naturalia parentum. Cypr. *d. cap. 13. §. 65. ſeqq.* Non itaque compellendi erunt inviti, ut tale matrimonium ſubeant, quod cum aliquo contagionis periculo conjunctum, Brouwer. *L. 1. c. 25. n. 32.* Quare generaliter non admittenda eſt ſententia ejusdem Brouweri, *Lib. 1. cap. 18. n. 17.* aſſerentis; nullius morbi errorem, cum corporis vitium ſit, irritareddere ſponſalia, niſi is, qui poſt ſponſalia ſupervenit: ſi enim hoc, quod ſupervenit, negotio diſſolvendo ſufficit, cur non ſufficeret, ſi negotium præcedat, ſed ignoretur? Conf. Dn. Nicolai *d. c. 2. n. 101.*

De errore morum ſponſi.

§. XXXVII. De errore morum ratione ſponſæ jam ſupra dictum: eadem vero & ad ſponſum applicanda, qui perdito vitæ genere famam ſuam gravavit apud viros honeſtos. E. G. ſi impoſtor, ſi falſarius, ſi ſtellio fuerit; ne dicam de gravioribus ſceleribus, utpote ſi homicidium vel latrocinium commiſerit, vel furto ſe maculaverit, vel aliter infamiam contraxerit, de quo eid. Cypr. *cap. 13. §. 79. n. 3.* Uti enim honeſta fama altera hominis vita eſt, ita non ægre ferendum, ſi ſponſa, quæ per errorem homini levioris notæ fidem matrimonii dedit, ejus conſummationem, comperta infamia, detrectet: nunquam enim fidem homini feciſſet, ſi admiſſorum gnara fuiſſet; nec enim credendum eſt, puellam honeſtam in ejusmodi maritum conſenſuram, qui infamiam ex perdito vitæ genere contractam in ipſos liberos ſit propagaturus. Et hinc etiam ob peſſimos ſoceri mores, & vitia antea ignorata, repudio locum eſſe, pluribus evincit Beſold. *Conſ. Tubing. 80. num. 64.*

§. XXXVIII.

§. XXXVIII. Et ad hos mores ſponſi ignoratos referendum quoque caſum exiſtimo, ſi poſt contracta ſponſalia reſciverit ſponſa, ſponſum jam alii virgini juratam de contrahendo matrimonio fidem dediſſe, & hac neglecta, ad alia ſponſalia properaſſe; quamvis enim eo ipſo non diſſolvantur ſponſalia poſteriora publice contracta, naſcitur tamen ex illa ſponſi perfidia juſta quædam cauſa odium concipiendi, & ab ejus connubio abhorrendi, qui enim jam ſemel fidem juratam violavit, ille & in poſterum perfides præſumitur, unde in caſu occurrente ita pronunciatum hic loci *M. Aug. 1693.* Hat der Herr ſeine Tochter an A. H. S. vermittelſt öffentlichen Sponſalien mit Conſens beyderſeits Eltern und erfolgter Subarrhation verſprochen, nachhero aber erfahren, daß derſelbe ſich kurtz vorher mit einer andern heimlich verlobet, auch dieſelbe bey Verluſt ſeiner Ehren und Seeligkeit die Ehe mit ihr zu vollziehen ſchrifftlich verſichert, welches deroſelben Vater dem Conſiſtorio denunciret, und darauff eine Inhibition, ſowohl an gedachten S. als an den Herrn erfolget, dadurch er nebſt ſeiner Tochter betrogen worden, der getroffenen Verlobung gäntzlich zu renunciren, und daher er: was dißfalls Rechtens ſey? zu wiſſen verlanget. Ob nun gleich die Sponſalia publica von ſolcher Verbindlichkeit, daß, wenn ſolche einmahl vollzogen, das zurücktretende Theil mit Gefängniß und anderer Straffe ad conſummandum matrimonium wohl angehalten werden kan. Carpzov. *Jurisprud. Eccleſ. L. 2. def. 133. num. 2.* Dennoch aber und dieweil ſolcher Zwang anderer Geſtalt nicht ſtatt findet, als wenn keine rationabilis cauſa conſummationi matrimonii obſtans befindlich. *C. Ex literis. 12. in fin. X. de Sponſal.* Denn wenn ſolche verhanden, können auch wohl mit einem Eyde beſtärckete Sponſalia hinwieder getrennet werden, *C. Requiſivit. 17. X. d. tit. & C. Quemadmodum. 25. X. de Jurejur.* Und in dieſem Fall es daran nicht ermangelt, indem S. ſich bereits per juratam promiſſionem mit einer andern verlobet, und obgleich ſolches ohne ſeines Vatern Willen geſchehen, und daher dieſe Sponſalia pro clandeſtinis, & ita invalidis zu achten, ſo iſt dennoch dadurch ſeine Conſcienz von ſolchem theuren Verſprechen nicht befreyet, wenigſtens zeiget dieſes bey demſelben ein leichtſinniges und unbeſtändiges Gemüthe, von welchem, wenn der Herr und ſeine Tochter vorher Nachricht gehabt hätten, würden ſie

De repudio ob clandeſtina ſponſalia jurata, ſed violata.

Caſus.

Rationes dubitandi.

Rationes decidendi.

zu ſolcher Verlobung ſich nicht reſolviret haben, Nicolai *de Repud. c. 2. n. 4.* Sanchez. *de Matrim. l. 1. Diſp. 62.* Dieſer S. auch, indem er ſolches verſchwiegen, ſondern Zweiffel in dolo geweſen, welcher Dolus gleicher Geſtalt cauſam diſcedendi a ſponſalibus würcket, Brouwer. *de Jur. Connub. Lib. 1. cap. 19.* So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel, daß der Herr nebſt ſeiner Tochter genugſame Urſache haben der ehelichen Verlobung zu renunciren.

De cauſis ſuperveni-entibus.

§. XXXIX. Tranſeundum nunc ad cauſas eſt, quæ contractis jam ſponſalibus ſuperveniunt, & ita anſam diſſidio vel repudio ſuppeditant. Et hic iterum generaliter concludendum eſſe exiſtimo: quoties poſt contracta ſponſalia ejusmodi ſupervenit incommodum, quod ſi antea præviſum fuiſſet, alterum a ſponſalibus deterruiſſet, toties locus eſt repudio, Gerhard. *de Conjug. §. 167. in fin.* Brouwer. *d. Lib. 1. c. 25. n. 5.* Menochius *de Arb. Judic. quæſt. Lib. 2. Caſ. 455. n. 2.* Sanchez *de Matrim. Lib. 1. diſp. 26. n. 3.* Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 176. n. 9.* Brückner. *Deciſ. Matrim. c. 1. n. 76.* Quod eo usque extenditur, ut quamvis ſponſalia juramento confirmata ſint, tamen repudio locus ſit ob tale incommodum ſuperveniens, cum juramentum intelligatur rebus ſic ſtantibus; cujus materiæ ſedes *in C. Quemadmodum. 25. X. de Jurejur.* quæ clauſula pariter in aliis negotiis ſubintelligenda, *arg. L. 38. ff. de Solut.* Tiraquell. *ad L. Si unquam. in præfat. n. 230. C. de Revoc. donat.*

De eo, quod culpa alterius ſuper-venit.

§. XL. Cauſæ vero ſupervenientes aut culpa alterius contingunt, aut caſu: ſi culpa, nemo facile dubitaverit, repudio locum eſſe, e. g. Si contractis ſponſalibus ſtuprum ſequatur; vel deſertio malitioſa: quod enim matrimonio dirimendo ſufficit, cur non ſufficeret diſſolvendis ſponſalibus? *d. C. Quemadmodum. 25. X. de Jurejur.* Imo ſicut inter conjuges, ita pariter inter deſponſatos mutua ſtupra compenſationi locum facient, & repudium excludent, *L. Viro. 39. ff. Solut. matrim.* Et quamvis Baſil. Ponce *Tr. de Matrim. Lib. 12. c. 17. n. 3.* exiſtimet, diſparitatem læſionis hic adeſſe, cum gravior injuria ſponſo inferatur per fornicationem ſponſæ, quam vice verſâ: attamen jam dictum ſuperius eſt, idem caſtitatis utrobique ſubeſſe vinculum, nec legum connubii exigere a ſponſâ poterit ſponſus, quam ipſe non ſervat. De cetero quamvis ſponſo non ſuccurratur, ſi virginem ſuſpectiſſimæ converſationis ſibi deſponſaverit: eo ipſo tamen tali ſponſæ poteſtas

poteſtas facta minime, poſt ſponſalia vaga libidine ulterius utendi: quod ſi enim poſtea denuo fornicetur, juſtiſſime a ſponſalibus ob novam hanc cauſam diſcedere poteſt ſponſus, Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Diſp. 10. n. 13.* Gutierrez *de Matrim. cap. 10. num. 10.* De reliquis delictis ſupervenientibus ſimile ferendum judicium, E. G. ſi ſponſus poſt ſponſalia homicidium committat. Vid. Carpz. *Lib. 2. def. 177.* Quod & de aliis criminibus graviſſimis aſſerunt Gerhard. *de Conjug. §. 166.* Cypr. *de Sponſal. c. 13. §. 79.* Si tamen furtum commiſſum, repudio locum non eſſe, dicit Carpz. *d. l. def. 178. n. 6.* Verum textus ab ipſo citati de diſſolvendo matrimonio loquuntur, cujus omnino arctius vinculum eſt. Certe iniquum eſſet compellere ſponſam, ut illi nubat, qui ſcelere ſuo infamiam contraxit, & ita ipſe in culpa eſt, quo minus honeſte cum eo morari poſſit ſponſa. Vid. Brouwer. *de Jur. Connub. l. 1. c. 25. n. 38.* Vid. *ſupr.* §. 37.

§. XLI. Si caſu quicquam ſupervenjat, quod conſenſum ſponſalitium turbet, attendendum Judici, an ejus generis res ſit, ut exinde probabiliter animorum averſio colligi poſſit; quod ſi appareat, & perſvaſionibus locum non relinquant, non compellendi erunt ad matrimonium. Exemplis hoc breviter demonſtrandum: ſi ſponſa poſt ſponſalia per vim ſtuprum paſſa, ipſa quidem extra culpam erit, & a peccato immunis, *Can. 8. cauſ. 32. qu. 5. L. 20. ff. ad L. Jul. de adult. Deut. XXII. v. 26.* interim naſcitur exinde impedimentum conſtantis amoris, cum ſponſus ſibi ereptum videat, cujus intuitu fidem ab initio dederat, ut inde repudium patiatur talis ſponſa, ſine culpa quidem, ſed non ſine cauſa. *Gloſſ. verb. oculos C. 25. X. de Jurejur.* Baſil. Ponce *de Matrim. Lib. 12. c. 17. n. 3.* Brouwer. *L. 1. c. 25. n. 20.* Idem obtinet, ſi morbus aliquis ſuperveniat, quo vel inhabilis reddatur alter ad cohabitationem, vel cohabitatio illa ob metum contagii ſine periculo expediri non poſſit, de quo vid. Carpz. *Lib. 2. def. 180.* Communiter equidem hoc reſtringi ſolet, niſi morbus ejus generis ſit, ut tolli Medicorum manu poſſit, quod facile admitto cum Cypræo, *de Sponſal. c. 13. §. 67.* An tamen in morbo gallico idem obtineat, caſui ſequenti diſputatum memini: contraxerat aliquis in famoſo quodam Germaniæ emporio ſponſalia publica cum Titia; nullum conſenſus impedimentum aderat, amore mutuo ſe proſe-

De eo quod caſu ſuperveniat.

De morbo.

De morbo gallico.

quebantur ſponſi, ſed vix aliquot ſeptimanis elapſis fama ferebat, ſponſum hunc antea annos aliquot morbo gallico graviſſime laboraſſe, qod cum ad ſponſæ notitiam perveniſſet, ipſa ob eandem cauſam repudium mittebat ſponſo. Hæc res cum in judicium deduceretur, urgebat ſponſa, veneream luem ex fornicatione præcedente procul dubio ortam, morbumque hunc ejus generis eſſe, ut ſæpius latitet venenum, prorupturum iterum, ſi ad amplexus conjugales deventum fuerit. Sponſus vero fidem faciebat, ſe non Venere, ſed familiari potius conſvetudine amici cujusdam, hoc morbo infecti, malum hoc contraxiſſe, inſuperque Medicorum teſtimonio comprobabat, nullum hujus morbi indicium amplius ſupereſſe, ſed corpore penitus ſano ſe uti. Inſiſtebat tamen ſponſa opinioni ſuæ, ſeque adeo adverſari eapropter ſponſum ob recidivæ metum dicebat, ut potius innupta manere, & quævis alia pati, quam huic nubere velit; quamobrem obtinuit etiam, ut nexus ſponſaliorum diſſolveretur. Conf. Brouwer. *L. 1. c. 25. n. 38.*

De mutilatione membri ſubſequente.

§. XLII. Porro ad cauſas repudii referunt, ſi alter ſponſorum membro quodam mutilatus, utpote ſi vel naſum, vel oculum amiſerit, claudusve factus fuerit, de quo caſu Pontifex egit *in C. Quemadmodum. 25. X. de Jurejur.* quod ad jurata ſponſalia ibidem extenditur, ob rationes jam adductas, Gutierrez *de Matr. c. 32. n. 3.* Carpz. *L. 2. def. 181.* & quamvis Canoniſtæ *d. C. Quemadmodum.* ad ſponſalia de futuro reſtringant; nil tamen obſtat, quo minus in ſponſalibus de præſenti, prout illa in noſtris Conſiſtoriis accipiuntur, locum ſibi vindicet: ſed an idem obtineat, ſi quis cum virgine pulcherrima contraxerit ſponſalia, quæ poſtmodum variolis aliove accidenti ad inſignem deformitatem redacta ſit? Non pauci negant; diſtingvento inter deformitatem cum mutilatione membri conjunctam, vel non. De illa loquitur Pontifex in *d. C. Quemadmodum.* & hinc illam ſolam repudii cauſam eſſe aſſerit Covarruv. *de Matrim. P. 1. cap. 5. pr. n. 6.* Gutierrez *de Matrimon. cap. 32.* Contrarium vero defendit Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Diſp. 57. n. 4.* Baſil. Ponce *de Sacrament. Matrim. Lib. 11. c. 17. n. 5.* quorum ſententia tunc non improbanda videtur, ſi forma virgini pro dote fuerit, & ad hanc potiſſimum reſpexerit ſponſus, quo caſu non compellendus videtur invitus, ut conſummet

De deformitate ex variolis.

cum

Digitized by Google

cum ipſa nuptias, in quo negotio ad prudentis Judicis arbitrium rectiſſime provocat Brouwer. *L. 1. cap. 25. num. 37.* Hoc minoris dubii eſſe reor, ſi ex morbo ſuperveniente ſponſa inſignem oris fœtorem contraxerit, ita ut removeri Medicorum ope nequeat, repudio locum eſſe. Quid enim magis converſationem conjugalem impedire, imo conjuges in averſationem inducere poterit, quam ſi fœtore repellat amantem, & vivum quaſi funus exhibeat marito; de quo oris fœtore, ejusque cauſa Trebatius JCtus diſſeruit, teſte Ulpiano *in L. 12. §. 4. ff. de Ædilit. Edict.* Add. Paul. Zachias *Quæſt. Medico Legal. L. 2. Tit. 3. qu. 11. n. 11. ſeqq.* Sanchezius *d. Diſp. 57. n. 2.* *De oris fœtore.*

§. XLIII. An vero idem aſſerendum, ſi fortunarum mutatio contigerit, contractis jam ſponſalibus, ſi videlicet ditiſſima ſponſa ex poſtfacto omnibus bonis exuatur, & in miſerrimam conditionem detrudatur; vel ſi vice verſâ idem ſponſo contingat: ubi primo videndum, an ſua culpa jacturam bonorum ſenſerit alter deſponſatorum, an mero caſu fatali illud contingere poteſt, ſi ſponſus mercator culpa ſua decoxerit, aut alea, chartiſve luſoriis bona ſua prodegerit, aut quodam delicto confiſcationem bonorum meruit: quo caſu ſponſæ petenti diſſolutio ſponſaliorum non deneganda. Facile enim prævidere poteſt futurum dotis periculum, & inde ſecuturam paupertatem, Dn. Nicolai *de Repud. & divort. cap. 2. n. 161.* Brouwer. *de Jure Connub. Lib. 1. c. 25. n. 41. ſeqq.* Quod ſi vero citra culpam, ſola fatorum inclementia, forte incurſu hoſtium, aut incendio, ad paupertatem altera pars redacta, difficilius repudio locus faciendus eſt; cum nihil adſit, quod imputari poſſit ſponſæ ad incitas redactæ, & adfectu, non dotibus contrahantur matrimonia, *L. 11. C. de Divort. L. 3. ff. de Donat. inter vir. & ux.* Quod ſi tamen advertat ſponſus, ſe rebus ſuis ita non conſulturum, ſi ſine dote contraxerit nuptias, utpote ad quam ex ratione ſtatus ſui privati ab initio reſpexit unice, invitus compellendus non erit ad matrimonii conſummationem: nam & hunc caſum ſi prævidiſſet ab initio, ſponſalia nunquam contraxiſſet. Conf. Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Diſp. 59. n. 4.* Henriquez. *de Matrim. L. 11. c. 14. n. 6.* Conjungenda hic ſunt illa, quæ de ſponſa per vim ſtuprum paſſa diximus §. XLI. *De caſu fortunarum ſuperveniente.*

Quare locus repudio & non divortio.

§. XLIV. Pluribus exemplis hoc demonſtrari ulterius poſſet, ex juſta cauſa ſponſos ſibi repudium dare poſſe, niſi ex jam adductis ad ſimilia progreſſus foret facilis. Ratio autem permiſſi repudii hæc eſt; quia nondum omnis fortunæ ſocii ſunt ſponſi, ſed in illam ſocietatem, lege divina irrenunciabilem demum per nuptias tranſeunt. Ex quo in promtu diverſitatis ratio eſt, quare infeliciſſimo etiam eventu, ſi modo fides matrimonii ſcelere quodam non labefactata, non dirimatur matrimonium, diſſolvantur tamen ſponſalia: adeſt quidem & in ſponſalibus perfecta obligatio, ſed reſpectum illa habet ad nuptias adhuc ſecuturas; & hinc nulla alia hic ſubeſt obligatio, quam quæ alias ex promiſſione vel ſtipulatione naſcitur: Quoties vero futurum reſpicit promiſſio, clauſulam illam, *ſi res in eodem ſtatu manſerit*, tacite continent, *vid. ſupr. th. 39.* Nec ſolaminis quicquam deſponſatis inde naſcitur, quod damnum ſuperveniens non facto ſuo, ſed fato ſentiant, & hic caſus innocentiſſimæ ſponſæ, formæ forſitan naufragium paſſæ, imputari non debeat: attamen nec idem caſus nocere debet alteri, ſed infortunium quisque ſuum æquo ferat animo neceſſum eſt.

Quid attendendum ante repudium?

§. XLV. Non tamen hæc nobis reſidet opinio, quaſi ob adductas ſimilesve cauſas mox repudio concedendus eſſet locus, ſed tentanda potius omnia in anteceſſum a Judice eccleſiaſtico, ut ſi advertat impedimentum amoris ſuperveniens, magis opinione ſponſi, quam in rei veritate adeſſe, quale quidem illud erat, ſi variolis deformata ſit ſponſa; opinionem hanc argumentis graviſſimis evertat, ſponſumque ad fidem ſervandam adigat Conf. Beſold. *Conſil. Tubing. 237. num. 46.* Quod ſi tamen fruſtro ſurdo narraverit fabulam, tandem diſcedendi licentiam indulgeat, quod conſilium ſuppeditat Gerhard. *de Conjug. §. 176.* Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. Def. 181. num. 12.* de quo dictum ſupra *§. 6. ſeqq.* multo minus in ſponſo largiendum eſſe exiſtimo, ut tali caſu proprio motu ad ſecunda properet ſponſalia, antequam prævia cognitione & decreto Conſiſtoriali priora ſponſalia diſſoluta; quod & probat B. Lutherus Lib. von Eheſachen, Art. 3. §. desgleichen, ibi: Es ſoll niemand ſein ſelbſt Richter ſeyn, und ſich ſelbſt ſcheiden. Sin ſecus fecerit, puniri poterit merito, imo infamiam ipſo jure incurrit *per L. 1. ff. de His, qui not. infam.*

§. XLVI.

§. XLVI. Quæ huc usque diximus, illa ad dissensum unius desponsatorum ex justa & honesta causa, sive præcedente, sive subsequente pertinent. Jam ad odia desponsatorum transeundum, ejusque effectus in dissolvendis sponsalibus videndus. Non hic disquiro de hujus generis odio, quod ex malitia alterius originem cepit, E. Gr. si sponsus sponsam alapis exceperit, verberibusque amorem turbaverit; quid enim bonæ spei supererit huic sponsæ, quæ jamdum, antequam uxor fieret, talia sustinere cogitur. Nam si inter ipsos conjuges ob verbera locus est separationi quoad thorum & mensam, quis non succurreret sponsæ, dissolutionem sponsaliorum ex hoc capite desideranti? Vid. Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Disp 58. num. 1.* Brouwer. *d. cap. 25. num. 25.* Ejusdem generis est, si quis sponsæ parentes contemnat, ejusdem cognatos contumelioſe proscindat, aliave hujus generis faciat, quæ honesti cujusvis hominis animum contristari valeant, de quibus vid. Mev. *P. 4. decis. 45.* quibus casibus facilior esse judex poterit in dissolvendis sponsalibus. Sed occupabor tantum circa fribuscula illa, de quibus *in L. 32. §. 12. ff. de Donat. inter vir. & ux.* quæ interdum oriri inter desponsatos ex leviori etiam causa, vel vana simultate, aut Zelotypia solent, quæ plerumque illa sumunt incrementa, ut odium inde nascatur internecinum. De hoc casu jam videndum, quæ partes sint judicis ecclesiastici, & quousque seculari brachio in auxilium vocato, contra refractarium procedere fas sit? Si enim simpliciter illorum asserto subscribendum, qui ob irreconciliabiles inimicitias repudio locum faciunt, pessimi exempli hoc foret, & unicuivis sponso sponsæ pertæso porta aperiretur elabendi, & se a vinculo sponsalitio liberandi. Facile enim foret rixis ansam dare, illasque, ex fatua licet causa oriundas, in tantum extendere, ut inconciliabiles esse videantur: & quamvis postea inter ipsos tentetur concordia, sponsaque non invita irati sponsi animum demulcere cupiat; sponsus tamen, qui forte jam aliam mente sibi selegit sponsam, semper regereret, se non posse illam oculis intueri, nedum uxorem habere, sed potius durissima quæque se subire velle, quam illam ducere. E contrario, si tali casu inviti copulentur, fieri quidem interdum solet, ut postea concordi matrimonio vitam transigant: verum rarus ille casus est, & innumera fere in contrarium

De odio sine causa nato.

De sponsa verberata.

De Parentibus contemtis.

De fribusculis.

trarium exempla adſunt, conjuges ita per vim conjunctos poſtea infeliciſſime vixiſſe, & adulteriis pariter ac cædibus matrimonium violaſſe. *Vid. ſupra. §. VIII.* Add. Joh. Bapt. Caſto *de Fact. ſcient. Cent. 2. diſtinct. 40. n. 61. ſeqq.*

Refractarius tenetur ad pœnam & intereſſe.

§. XLVII. Quamobrem ſi nulla probabilis ſuborti odii cauſa reddi poſſit, & alter deſponſatorum nullis perſvaſionibus ad implendum matrimonium induci poſſit, rectiſſime auxilium Magiſtratus ſecularis implorat Conſiſtorium, ut carcere vel pœna pecuniaria teneatur, an ad ſaniorem mentem deduci poſſit refractarius, de quo dixi ſupra §. VI. ſeq. Et eatenus admitto illorum ſententiam, qui aſſerunt, ſponſum omni caſu compellendum eſſe, ut conſummet matrimonium, quos adducit & ſequitur Gonzalez. Tellez. *ad C. Præterea. X. de Sponſal. circa fin.* Add. Mev. *P. 6. deciſ. 67.* Carpz. *Jurisprud. Conſiſtor. Lib. 1. def. 132. ſeq.* D. Havemann. *Gamol. Synopt. Lib. 1. Tit. XI. poſit. 8.* Quod ſi vero carcerem ſpernat, & in contumacia perſiſtat, diſſolvenda quidem ſponſalia, verum ita, ut parti innocenti ad refuſionem intereſſe arbitrio judicis æſtimandi condemnetur: Si enim alias ad factum obligatus, hoc non præſtito, ad intereſſe tenetur alteri, quis obligationem ſponſalitiam minoris momenti eſſe dixerit? Fateor equidem raras eſſe illas condemnationes ad intereſſe, niſi forte ſponſa poſt copulam carnalem a ſponſo refractario id exigat; de jure tamen ipſi hoc debere, ex generalibus contractuum principiis notiſſimum eſt; & hoc eſt, quod Canoniſtæ efferunt, teneri illum, qui matrimonium conſummare non vult, ad reſtitutionem damni emergentis. Gonzalez. Tellez. *ad C. Præterea. n. 6. X. de Sponſ.* Petr. Franc. de Tondut. Sanleger. *P. 1. Reſolut. benefic. c. 116. n. 1.* Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Diſp. 30. n. 13.* Gutierrez. *de Matrim. cap. 17. n. 14.* Barboſ. *in C. Gemma. n. 5. de Sponſal.* Imo non dubitandum eſt, quin tali caſu, ſi ſine cauſa quis a ſponſalibus diſcedat, actio injuriarum æſtimatoria concedenda ſit parti innocenti: quæ enim gravior injuria eſſe poterit, quam puellam honeſtam ſibi deſpondere, amoribus ſponſalitiis, ſive præludiis matrimonialibus frui, & poſtea rixarum materiam conquirere, innocentemque puellam ludibrio hominum exponere? Vid. Mev. *P. 5. deciſ. 193. & P. 6. deciſ. 62.* Cothmann. *Vol. 1. Reſp. 10. n. 267.* Deinde quo & publico ſatisfiat, pro qualitate malitiæ ipſius pœnitentis

ſponſi

ſponſi vel relegatio, vel alia pœna ipſi infligatur, de quo dictum *ſupra §. VII.* & ita tandem ſponſalia auctoritate Magiſtratus eccleſiaſtici diſſolvantur.

§. XLVIII. Hujus ſententiæ, quantum ad diſſolutionem ſponſaliorum attinet, fuit B. Luth. *d. l. fol. 266.* §. desgleichen, ibi: *ſolute compellendus ad nuptias.* Wo ſichs begäbe, daß zwiſchen den verlobten Perſonen eine Uneinigkeit und Feindſchafft entſtünde, daß ſie niemand verſöhnen könte, und eins alſo das ander, als aus redlichen Urſachen lieſſe, und nehme ein ander Gemahl, und ſäſſe zu Hauſe? Antwort: alles Unrecht, denn es ſoll niemand ſein ſelbſt Richter ſeyn, und ſich ſelbſt ſcheiden, er ſolte zuvor ſeine Braut gefodert, und durch die Obrigkeit zwingen laſſen, und wo ſie denn nicht gewolt, ſie laſſen ohne Ehe ſitzen bleiben ewiglich, und ſich ledig urtheilen laſſen, und denn allererſt zur andern ſich begeben. Et hac ratione probamus ſententiam Pontificis, *in C. Præterea. 2. X. de Sponſal.* expreſſam; *ſi autem ſe ad invicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, ut talem ſcil. ducat, quam odio habere videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, hoc poſſit impatientia tolerari.* Ubi tamen patientiam illam Pontificis ita exaſperandam putamus, ut diſſentiens ſine cauſa ſponſus perſentiſcat, non impunitam eſſe hanc licentiam. Imo tali caſu compulſionem, abſolutam ſcil. ceſſare, etiamſi jurata fuerint ſponſalia, aſſerit Pontifex *in C. Requiſivit. 17. X. de Sponſal.* Subjecta ratione; *quod cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere*: Quibus verbis pariter non omnis coactio excluditur; antea enim *in C. Ex literis 10. d. Tit.* expreſſe cautum erat, quod ſponſus, qui fidem juratorum ſponſaliorum ſervare renuit, primo monendus; deinde vero per cenſuram compellendus ſit; quæ compulſio iterum hic a Pontifice temperatur, niſi rationabilis cauſa obſtiterit, h. e. niſi juſta odii cauſa præceſſerit, vel infelix eventus futuri matrimonii prævideatur, vid. Auguſt. Barboſ. *ad C. Ex literis 10. n. 3. ſqq.*

Nemo ad-

§. XLIX. Ut ergo tandem concludamus; ſi rationabilis cauſa diſcedendi a ſponſalibus adfuerit, quales ſupra deſcripſimus, & admonitiones placandis deſponſatis non ſufficiant, abſtinendum

Concluſio præcedentium.

dum judici a compulſione per carcerem, quia cauſam diſſenſus frivolam non eſſe animadvertit; nec pœnitentem condemnabit ad refuſionem intereſſe, ſed repudio locum faciet. Quod ſi vero nulla rationabilis cauſa pœnitendi adſit, videndum, an copula carnalis intercesſerit, an non. Sin illud, abſolutam compulſionem, ſeu ut inviti per Sacerdotem jungantur, admitto, de quo dixi ſupra §. VIII. adeo, ut non attendatur, an ipſi Sacerdoti in faciem contradicat; ejus enim contradictio pro qualitate præſentis cauſæ affirmatio eſt, vel pro tali ſolenniter declaratur; de quo pluribus vid. Carpz. *in Jurisp. Eccl. L. 2. def. 135.* ubi *n. 15.* præjudicium exhibet, quomodo Eccleſiæ Miniſter in tali deſponſatione ſe gerere debeat. Sin copula non acceſſerit, aliqua compulſio, uti *in §. præced.* dictum, adhibenda; quod ſi vero pertinaciter reſiſtat ulterius, non invitus uxori jungendus, ſed refuſo intereſſe & indicta pœna cœlibatus etiam, de quo ſupra dictum, ſponſalia diſſolvenda, quo caſu ſponſam dimidia dote privari poſſe, aſſerit Mev. *P. 6. deciſ. 358.* Imo & ſi ſcandalum aliquod inde oriturum metuatur, juſtiſſime perſona refractaria ad deprecationem eccleſiaſticam adigitur. Mev. *P. 6. deciſ. 355.* Havemann. *Gamel. Synopt. L. Tit. XI. poſit. 3. in fin.* Et in eo unaniniter fere conſentiunt Canoniſtæ, abſolutam compulſionem inter deſponſatos rejicientes. Barboſ. *ad C. 17. X. de Sponſal.* Covarruv. *de Sponſal. P. 1. cap. 4. pr. n. 5.* Gutierrez. *de Jurament. confirmat. P. 1. cap. 51. n. 4.* Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Diſp. 29. n. 7. ſeqq.* Menoch. *Conſ. 786. n. 1. ſeq.* Johann. Bapt. Coſta. *Tr. de Fact. Scient. & Ignor. Cent. 2. Diſtinct. 40. n. 51. ſqq.* Franc. Marci. *P. 1. deciſ. 522.* Engel *ad Tit. X. de Sponſal. n. 11. p. 950.* Eandem quoque ſententiam probant JCti Evangelici. Cypr. *de Sponſal. cap. 13 n. 3. & 5.* Mev. *P. 3. deciſ. 382. n. 5. & P. 4. deciſ. 43.* Carpz. *Lib. 2. def. 176. n. 8 ſeqq.* Cothmann. *Vol. 2. Reſp. 86. n. 42.* Dn. Brunnemann *de Jur. Eccleſ. Lib. 2. cap. 16. §. 7. in fin.* & quæ ibi notata. Brouwer. *de Jur. Connub. Lib. 1. cap. 25. n. 58.* Kitzel. *in Synopſ. Matrim. cap. 8. theorem. II. lit. H.* Dn. Nicolai *de Repud. cap. 2. n. 16. ſequ.* Richter. *P. 1. Deciſ. 8. num. 10. ſeqq.* Dn. Bruckner. *Deciſ. Matrim. cap. 1. n. 78.* Add. ex Theologis B. Dn. Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 153.*

Conſenſus Dd.

§. L.

§. L. Plura adhuc hic adducere licuiſſet, præſertim quando ob ſponſi diuturnam abſentiam aut ſtudioſam matrimonii procraſtinationem reſciſſionem ſponſaliorum exigere liceat; pariterque an pacto quodam commiſſorio ſponſa conſtringere poſſit ſponſum, ut ſi intra annum non conſummaverit benedictione ſacerdotali matrimonium, ſponſalia pro nullis cenſenda, & ſponſæ pro lubitu ad alia vota ſe conferendi poteſtas eſſe debeat? Verum cum prius illud dependeat ex diſpoſitione juris, quamdiu ſponſa abſentem ſponſum exſpectare teneatur, de quo textus eſt *in L. 2. C. de Sponſal.* ad quam videri poterunt Commentatores, quod Jure Canonico quadantenus reſtrictum *per C. De illo. 5. X. de Sponſal.* & ibi Canoniſtæ, eo lectorem brevitatis amore remitto. *De abſentia & temporis lapſu.* Legem vero commiſſoriam quod attinet, conveniunt in eo Dd. ſi terminus ſponſalibus præfinitus ſit, lapſu hujus termini ſemper diſſolvi ſponſalia, ex parte ejus, per quem non ſtetit, Sanchez *de Matrimon. P. 1. Diſp. 53. n. 4.* Laymann. *Theol. Mor. Lib 5. Tit. 10. P. 2. C. 2. n. 16.* Covarruv. *Tom. I. P. I. C. 5. n. 8.* Gutierrez. *de Matrim. Cap. 24. n. 6.* Cypræus *de Sponſal. Cap. 13. §. 84.* *De Lege commiſſoria.* Verum de hoc alibi dicendum uberius.

§. LI. Coronidis loco adhuc ſubjiciendum, etiam tacite renunciari poſſe ſponſalibus, imo & imprægnationi, ſi fœmina patiatur ſponſum cum alia publica ſponſalia contrahere, & matrimonium, facta proclamatione publica conſummare; ſilentium enim ipſi omnino noxium eſt, ſicuti bina vice pronunciatum a Conſiſtorio Serveſtano M. Octobr. Anno 1693 his ſubjectis decidendi rationibus: *De tacita renunciatione imprægnatæ* Obwohl Beklagter Klägers Tochter geſchwängert, weil er aber, nachdem ſolches geſchehen, etliche Monath darauf ſich mit einer andern verlobet, ſich öffentlich auffbiethen, auch Klägers Tochter ſelbſt zur Hochzeit bitten laſſen, welche er auch noch vor der Verlobung beſprochen, ob ſie an ihm was zu prætendiren hätte, dieſe ihn aber mit Schimpffworten abgewieſen, und auff diejenigen geſcholten, welche ihr was böſes nachreden würden, biß nach der Hochzeit die Schwängerung ausgebrochen, ſo ſeynd ſie beyderſeits zur Straffe condemniret, Beklagter aber a dotatione geſtalten Sachen nach abſolviret. Ob nun wohl Kläger dawider Leuterung eingewandt, und ſich auff die Landes-Ordnung bezogen, darinnen ein Stuprator, ut aut dotet, aut ducat, angehalten wird, auch vermeynet, daß ſeiner

Tochter Stillschweigen bey erfolgter Verheyrathung des Stupratoris ihrer Schamhafftigkeit zuzuschreiben, und ihr daher ratione dotationis nicht præjudiciren könne, cum quisque tacuisse censeatur salvo jure suo. Weil aber dennoch ein Stuprator alternative obligiret, und er vor der Verlobung ihr zugeredet, ob sie etwas von ihm zu prætendiren, nachmahls sich öffentlich zu dreyen mahlen proclamiren lassen, sie aber beständig geschwiegen, und die Heyrath vollziehen lassen, dadurch ihm die Electio; an dotare, an ducere velit, benommen, die Proclamatio publica auch imposirionem perpetui silentii mit sich führet, so ist daher voriges Urthel confirmiret. Hoc tamen certum est, tali casu petitionem alimentorum partui adhuc salvam esse, cum silentium matris non debeat nocere illi, qui in ventre est, *arg. pr. Inst. de Ingen.*

SECTIO III.

DE DISSENSU UTRIUSQUE DESPONSATORUM.

§. I.

Augusti Lex de tempore habendi sponsam.

INter saluberrimas Augusti LL. & illa quondam, Svetonio teste *in vita Augusti c. 34. in fin.* fuit, quod tempus sponsas habendi coarctaverit. Quid in specie illa Lege caverit Augustus, a Svetonio expressum non est. Plerique interpretum ex Dione *Lib. 54.* biennium ab Augusto præfinitum esse dicunt, quo sponsa duceretur uxor. Cui suffragatur sanctio Constantini Imperatoris *in L. 2. C. de Sponsal.* quod si quis intra biennium nuptias exequi supersederit, ejus spatii fine decurso, si in alterius postea conjunctionem puella pervenerit, nil fraudis ei sit, quæ *nuptias maturando vota sua diutius eludi non passa est*: & eapropter *in L. penult. ff. de Sponsal.* vocem *annum*, vel abundare, vel biennium aut triennium legendum esse, monet Cujacius *Lib. 16. An sponsi observ. 35.* & ex eo Isaac. Casaubonus *in Not. ad Svet. cit. l.* Verum hæc quadrare non videntur *Legi 1. C. de Sponsal.* ubi alii de-

ad certum

spon-

ſponſata, renunciare conditioni, & alii nubere conceditur. Cur ergo opus habebit biennium expectare, vel ex juſta cauſa triennium, ſi mero ſuo arbitrio diſcedere a ſponſalibus ſponſa poſſit? Cur enim nuncium mittere abſenti non valeret, cum etiam ipſo præſente conſilium mutare potuiſſet, per *L. 2. C. de Repud.* Videlicet facultas illa renunciandi ſponſalibus Jure Juſtinianeo quidem ſine cauſa permittebatur ſemper; verum non ſemper ſine pœna Arrharum enim diſpendio plectebantur repudia, *& ſi pœna per ſtipulationem adjecta, hanc quoque petere fas erat.* Quod ſi vero intra biennium ſponſus ſponſam domum non duxiſſet, jam impune diſcedendi licentia patebat ſponſæ. *tempus adſtricti?*

§. II. Aſt vero ad hunc caſum pertinere non videtur, quod ab Auguſto teſte Sveton. cautum. Ratio enim Legis præmittitur a Svetonio, quod immaturitate ſponſarum & matrimoniorum crebra mutatione vim Legis eludi ſentiret; quæ ſponſarum immaturitas aliam omnino ſupponit legislationem, & biennii explicationem. Lex enim, quam immaturitate ſponſarum eludi ſentiebat Auguſtus, Papa erat, quæ præmia deſtinaverat maritis, & ad ſponſos quoque extendebatur, quod innuit Cujacius *dict. obſ. 35.* modo ſponſalia intra biennium deductione in domum conſummarentur; quamvis ex juſta cauſa & longius ſpatium indultum fuiſſe teſtetur Cajus *Lib. I. ad L. Jul. & Pap.* de quo agit *dict. L. pen. ff. de Sponſal.* His ergo commodis quo diutius frueretur ſponſi, immaturas (quod alioqui permiſſum erat ſeptennio completo, *L. 14. ff. d. t.*) ſibi jungebant ſponſas, ne conſummare nuptias neceſſum haberent. Hanc vero Legis Papiæ eluſionem per immaturitatem ſponſarum coarctandam cenſuit Auguſtus, præſcribendo biennium; quo ipſo effectum, ut quidem adhuc cum ſeptenni puella contrahere ſponſalia fas eſſet, maritorum tamen commodo non frueretur ſponſus, niſi poſtquam decennis ſponſa, ut intra biennium domum duci poſſet; quod erudite expoſuit Jacob. Gothofredus *ad L. 4. C. Theod. de Sponſal.* ubi ſimul oſtendit, nihil commune habere hanc Auguſti ſanctionem, cum illa Conſtantini *in L. 2. C. h. t.* *De ſponſa immaturra ex ſententia Auguſti.*

Nuptiæ post sponsalia non differenda.

§. III. Mihi vero ob aliam rationem illa Augusti sanctio *de coarctando tempore habendi sponsas* in usum revocanda videtur; videlicet, ut contractis sponsalibus nuptiæ non differantur, sed propediem consummentur, ne locus pateat aliorum calumniis & maledictis, quibus divellere desponsatorum animos subinde conantur maleferiati. Experientia enim satis abundeque testatur nullibi lætiorem mendaciorum segetem conspicuam esse, quam ubi personæ quædam desponsandæ, quæ tamen contractis nuptiis exspirant, vel vires tandem amittunt, vel etiam ipsi calumniatores, postquam in unam coaluerunt carnem conjuges, se frustra eructare convitia vident, vel ipsi demum conjuges arctissimo jam vinculo sibi juncti, illis aurem non amplius porrigunt, quod tamen durante desponsatione faciunt sæpissime, remedium reparando malo adhuc superfuturum existimantes. Quem in finem plerique consulunt, festinandas esse nuptias, ne tractu temporis amor langvescat, & abalienatio mentis per calumnias inducatur, de quo pluribus vid. B. Dn. Henricus Muller, *Tr.* Von ungerathner Ehe, *P. 3. Conf. 2. p. 345.* quamvis Lege quadam publica certum tempus præfinitum esse, huc usque non observaverim; quod si itaque ob sparsas ejusmodi calumnias discordia & inimicitia inter desponsatos suborta fuerit, unanimiter fere Theologi & JCti concludunt, si tales desponsati persvasionibus & admonitionibus ad concordiam reduci nequeant, & tanta animorum dissensio adsit, ut non nisi infelix matrimonium prævideri possit, separandos potius esse desponsatos, quam ad matrimonium compellendos *per Cap. 2. & 17. X. de Sponsal.* Vid. Menoch. *Consil. 786. n. 8. & 15.* Joh Bapt. Costa *de Facti Scient. Cent. 2. Dist. 40. num. 60. & 97.* Franc. Marci. *P. 2. Decis. Parl. Delphin. 746. num. 1.* aliique plurimi citati a Barbos. *Collect. ad d. C. 2. X. h. t.* Mev. *P. 2. Dec. 226.* Carpzov. *Jurispr. Eccl. L. 2. def. 176. num. 14.* Brunnemann. *ad Jus Eccles. Lib. 2. c. 16. §. 7. in not.*

Ob inimicitiam subortam separationi locus.

De quibus sponsalibus agat c. 2. X. de sponsal.

§. IV. Cum autem decisio Pontificia *in C. Præterea. 2. X. de Sponsal.* vexata admodum sit, & in diversas a Dd. trahatur partes, dum alii ad sola sponsalia de futuro illam pertinere censent, quod & inscriptio *d. cap.* liquido ostendit, & communiter Interpretes ad unum fere omnes in illam abeant sententiam; alii vero Pontificem non probare dissensum illum sponsalitium, sed tole-

tolerare tantum, quo malum ex rixis discordiisque conjugum oriundum evitetur, asserunt, ad examen revocanda erit utraque opinio, cum inde præsentis thematis decisio præcipue dependeat.

An ad sponsalia de futuro pertineat?

§. V. Primam quod attinet sententiam, suo quidem loco illam relinquerem, si Pontificiorum propria esset, nec ab Evangelicis etiam JCtis assumpta & defensa. Pontificii enim sua nituntur hypothesi, omnem pactionem verbis futuri temporis, seu de contrahendo adhuc matrimonio conceptam, de futuro tantum sponsalia inducere: cum itaque Innocentius III. *in d. C. Præterea.* de illis, *qui fidem sibi dederunt de matrimonio contrahendo* expresse loquatur, non potuerunt aliter statuere Canonistæ, quam in solis sponsalibus de futuro pœnitendi licentiam indulsisse Pontificem. Verum quia in Evangelicorum Scholis & Consistoriis receptissima, imo & verissima est sententia; *omnem promissionem pure & sine ulla conditione de contrahendo matrimonio factam*, efficere sponsalia de præsenti, quis dubitaret, eo etiam *d. C. 2. X. de Sponsal.* pertinere, utpote quod de pura & sine ulla conditione facta promissione manifeste loquitur. Nihilominus autem ad sponsalia de futuro hoc Capitulum pertinere, existimat Carpz. *Jurispr. Eccles. L. 2. def. 18. n. 1.* vulgatam Canonistarum sententiam secutus, cujus falsitatem tamen ex Pontificiis agnoverunt Covarruv. *de Sponsal. P. 1. Cap. 5. n. 1.* & August. Barbos. *ad d. c. 2.* generaliter inde colligentes: Sponsalia mutuo dissensu solvi posse. Et generalem hanc Pontificis sententiam esse, si verba recte inspiciantur, observat Cypræus *de Sponsal. c. 13. §. 11. n. 3.* Brouwer. *de Jur. Connub. c. 24.* Nec hoc diffiteri potuit Dn. Ziegler. *ad Lancellot. Lib. 2. Tit. 10. §. 11.* quamvis addat, propterea *Cap.* hoc, tanquam licitum, ab ecclesia non approbari, provocans ad Durand. antea etiam hoc nomine allegatum a Carpzov. *Lib. 5. Resp. 108. n. 23.* Verum sufficiat nobis, ex horum confessione Pontificem dissensum in sponsalibus de præsenti admisisse; an autem licite id fecerit, postea discutiendum.

§. VI.

Digitized by Google

An Pontifex dissensum permittat, an toleret?

§. VI. Posteriorem quod attinet sententiam, excusat Glossa Pontificem, quod non simpliciter, sed comparative dissentiendi facultatem permittat, quo majus malum evitetur, ob expressa textus verba: *Ne forte deterius inde contingat.* Tolerantiæ enim vocabulum, cujus hic mentio fit, permissionem, & quidem minus plenam tantum inferre videtur, ut hinc mero jure compellendi videantur, etiam reluctantes, ad matrimonii consummationem, Joh. Andreæ *in C. de illis. X. de Sponsal. n. 1. in fin.* Verum displicet hæc sententia aliis, qui Pontificem non tantum tale matrimonium tolerare permittendo, sed etiam approbando statuunt, inter quos Gutierrez. *Tr. de Matrim. c. 24. n. 2.* Sanchez. *de Matr. Lib. 1. Disp. 52. n. 2.* aliique ab his adducti. Et comparativum sensum illum Glossæ ita temperat Emanuel Gonzalez. Tellez. *ad Cap. Præterea. 2. X. de Sponsal. n. 7.* quod verba illa *ne deterius inde contingat*, non debeant accipi comparative ad malum, quod sequi posset, si non daretur licentia discedendi; sed comparative ad bonum, quod daretur ex celebratione & perfectione matrimonii; quasi dicat Pontifex: monendi sunt sponsi, ut promissum adimpleant, quod bonum est: si autem noluerint, tolerandi sunt, ne majus malum sequetur, quam est bonum, quod ex nuptiis sequeretur. Ast non opus erit hac ratione comparationem inquisivisse, sed salva res erit, si modo evictum; discedere desponsatos salva justitia posse a nexu sponsalitio.

Unius dissensus improbatur.

§. VII. Quapropter justitia decisi Pontificialis inquirenda jam nobis penitius erit. Ubi mox a præsenti tractatione removenda unius ex desponsatis dissensio. Hanc enim omni jure illicitam esse, nisi gravissima accesserit causa, superius *Sect. 2.* jam expositum est; imo probabiliter existimo, casum, de quo Pontifex *in C. 2. X. de Sponsal.* agit, unius dissensum præcedentem pro causa agnoscere, ob quem postmodum & altera pars dissenserit; quorsum collimant verba: *Ut talem scil. ducat, quam odio habet*: Quibus verbis odium sponsi erga sponsam manifeste innuitur. Sane in tali casu, si unus huic dissensui causam dederit, semper in hoc vitium latitat, nec hujus respectu justus ille actus dici poterit. Quapropter omnino Judex Ecclesiasticus navabit operam, ut causas odii tollat, & momento refractarium ad reconciliationem deducat, præsertim si altera pars hoc urgeat: quod si vero

& hæc

& hæc tandem juri renunciet, tolerari eo citius poterit ſponſaliorum diſſolutio.

§. VIII. Remanet ergo hoc nobis excutiendum thema: An deſponſati de præſenti, ſive *qui pure & ſine ulla conditione ſibi fidem de contrahendo matrimonio dederunt*, & quidem publice, accedentibus omnibus ſponſaliorum requiſitis, ſi videant, minus conſultum eſſe, matrimonium conſummare, poſſint ſibi invicem obligationem ex ſponſalibus natam remittere, & ſine violatione divini humanive juris diſcedere; an vero non obſtante hoc diſſenſu, a Conſiſtorio ad conſummationem matrimonii compelli debeant? Hic nullas ſuppono rixas, nullas inimicitias capitales nec odium internecinum, triſtiſſimi eventus indicium ſuppeditatura. Nec enim his caſibus adeo difficiles ſunt Dd. in admittendo repudio, ſi in gratiam ſe recipere nolint deſponſati: quamvis qui pro pari indiſſolubilitate ſponſaliorum & matrimonii pugnant, difficiliores in concedendo repudio ob dictas etiam cauſas eſſe deberent, cum nexum matrimonii ita non tolli concedant. Sed de ſimplici tantum diſſenſione ex alia cauſa honeſta disquiro, ſi ſcil. videant, mores deſponſatorum ſibi invicem non correſpondere; ſponſam illa prudentia non eſſe inſtructam, ut rebus ſponſi conſulere poſſit; vel ſponſæ locum, quorſum poſt ſponſalia vocatus eſt ſponſus, diſplicere, ſponſoque conſultius eſſe, uxorem ibi ſeligere, ubi fortunarum ſedem ſibi fata præter ſpem deſtinaſſe videt, & ita alter deſponſatorum alterum non rixis & jurgiis, ſed honeſtis perſvaſionibus eo deducit, ut fidem datam ſibi remittat, & altera pars tandem conſentiat. Quæritur jam, an horum diſſenſui deſiderioque mutuo deferri poſſit in Conſiſtoriis; an vero inviti etiam conjungendi? *An mutuus diſſenſus ſit licitus?*

§. IX. Argumenta, quibus, illicitam, jurisque divini & humani regulis contrariam eſſe hanc ſeparationem evincere conantur, non levia adſunt, communi Dd. ſuffragio corrobarata. Cum autem alio nitantur fundamento Dd. Juris Pontificii, alio Evangelicæ Religioni addicti; & quid praxi noſtrorum Conſiſtoriorum conveniat, inquiſiviſſe, tractationis noſtræ potiſſimum ſit, rationes Evangelicorum pro impugnando illo repudio adducemus. Prima autem deducitur ab æquali effectu ſponſaliorum & nuptiarum. Jure Civili enim nuptias non concubitus, ſed *Argumenta contra diſſenſum ſponſalitium.* *Sponſalio-*

rum & nuptiarum eadem obligatio.

consensus facit, *L. 30. ff. de Nupt.* Cum ergo hic consensus purus jam adsit, matrimonium quoque quoad vim obligandi aderit; concubitus enim tantum ad consummationem, non ad perfectionem pertinet, Carpz. *Lib 5. Resp. 108. n. 1* Nec Juris hoc tantum Civilis est, quod sponsa uxor dicatur, & quod de nuptiis dispositum, etiam in sponsalibus locum habeat. *L. Nihil interest ff. Rerum amot. L. In sponsalibus. 7. §. 1. ff. de Sponsal.* Sed & Jure Divino hoc nomine venit, *Matth. I. v. 20.* unde & in ipsam committitur adulterium, *Deut. XXII. v. 24. Hos. IV. v. 13.* cum quo convenit *L. Si uxor. 13. §. 3. ff ad L. Jul. de Adult.* Brouwer. *de Jure Connub. Lib. 1. cap. 24. n. 1.* Quam sententiam approbat Lutherus *Libello:* Von Ehesachen, *Tom. VI. Wittemberg. fol. 267.* öffentliche Verlobte sind Eheleute. Et Isidorus a Gratiano relatus *in Can. 6. Caus. 27. qu. 2.* conjuges verius appellari dicit a prima desponsationis fide, quamvis adhuc ignoretur inter eos conjugalis concubitus; & Gregorius *in Can. 12. Caus 27. qu. 2.* dicit: *Divinæ legis mos est, sponsas apparere conjuges.* Unde inferunt non pauci Dd. inter sponsalia & nuptias quoad vinculum indissolubilitatis nihil interesse, Carpzov. *Jurispr. Eccl. Def. 65. n. 9.*

Obligatio sponsalitia est Juris Divini.

§. X. Ex hoc jam supposito sua sponte fluit alterum argumentum, quod cum obligatio sponsalitia sit Juris Divini, illam, postquam semel inita, arbitrio desponsatorum esse exemptam, & hinc huc non quadrate regulam *L. 55. ff. de R. J.* nihil tam naturale esse, quam eo modo quid dissolvi, quo colligatum est. Fallit enim hæc in rebus arbitrio contrahentium exemptis, ubi potius illud Juris obtinebit Axioma: Quod ab initio fuit voluntatis, ex postfacto fit necessitatis, *L. 5. C. de Obl. & act.* Imo matrimonium res spiritualis est: illa vero, quæ spiritualia sunt, & conscientiam concernunt, facilius construuntur, quam destruuntur. *C. 2. X. de Translat. Episcop.* Carpzov. *d. Resp. 108. n. 18.* Cum ergo matrimonium sit institutionis Divinæ, ita, ut quos Deus sic conjunxerit, homo separare non debeat, conjunctio vero illa initium capiat ex mutuo desponsatorum consensu, utpote quorum animos Deus matrimonii auctor consensione illa mutua jam conjunxisse censetur, non poterunt illi ab hoc nexu se pro lubitu liberare, Tarnov. *de Conjug. L. 1. loc. 86. qu. 3.* Mev. *P. 5. decis. 211. n. 3.*

§. XI.

Digitized by Google

§. XI. Tertia ratio pariter ex præcedentibus fluit, quam adducit Tarnov. *a. cap. 86.* nullum Dei fœdus humana auctoritate diſſolvi debet. Atqui conjugium eſt Dei fœdus, *Prov. II. v. 17. Malach. II. v. 14.* tam ratum, quam conſummatum; ergo humana auctoritate diſſolvi nequit. Eſt enim divinitus ſancita tanta matrimoniorum honeſtas, ut adjuncta ſit ſervandi neceſſitas; ergo & de ſponſalibus ad matrimonium tendentibus idem dicendum, Mev. *d. deciſ. 211.* Sane Deus auctor conjugii, & ſic quoque ſponſaliorum eſt, ideoque magna deliberatione ad id accedendum, nec permittendum, ut illi, qui ſemel fidem pure dederunt, rurſus conſilium mutare, & Dei fœdus ludibrio habere poſſint. Nam ſi viliſſimarum rerum pactionibus non ſtare nefas & indecorum habetur; nonne iniquiſſimum videbitur, pacta de fœdere matrimonii ſanctiſſimo violare, utpote quæ non a contrahentium, ſed a Dei auctoritate dependent, ſunt verba Cypræi *de Sponſal. c. 13. §. 11. n. 2.* *Concurrit hic fœdus Dei.*

§. XII. Quarta ratio peti ſolet a denegata facultate tranſigendi ſuper matrimonio, *per Capit. ult. X. de Tranſact.* ſi ſcil. tranſactio tendat ad matrimonii diſſolutionem, Gail. *Lib. 2. obſerv. 94. n. 14.* Mev. *P. 5. Deciſ. 211. num. 4.* Hinc nec contra matrimonium juramentum deferre fas eſt, Gail. *d. obſerv. 94. n. 13.* ne occaſio partibus detur ſuo arbitrio vinculum nuptiarum vel etiam ſponſaliorum ſolvendi, Mev. *d. l. in fin.* Valeron. *de Tranſact. Tit. 3. qu. 2. n. 58. & ſeqq.* Quod ſi ergo tranſactio illicita contra matrimonium, nec tranſigendo ſponſalia diſſolvi poterunt, utpote quæ ſunt via ad contrahendum matrimonium. Quicquid ergo juxta tritam Interpr. regulam prohibitum eſt in termino, idem etiam prohibitum eſt in via, *arg. L. fin. C. de Rebus alien. non alien.* Et qui pactum ſuper diſſolvendis ſponſalibus admittit, eo ipſo etiam admittit transactionem contra matrimonium ineundum. *Transactio contra matrimonium illicita eſt.*

§. XIII. Quinta ratio ab abſurdo deducitur: ſi enim rationi & æquitati maxime congruum eſt, pacta ſervare, fidemque datam implere; abſurdum foret, ſi in matrimonii ſponſione libertas pœnitendi concederetur. Quare jus illud quam maxime æquum cenſendum, quod tergiverſantem nuptias perficere, ex ſponſione ſua, niſi ratio ſubſit, compelli poſſe ſtatuit, ne ſponſio ſua obligatione ſit, Henricus Brouwer. *de Jur. Connub. Libr. 1. c. 24. n. 19.* *Major ratio in ſponſalibus ſervandis quam in aliis pactis.*

n. 19. in fin. Imo tandem eadem libertate diſſentiendi tollerentur ipſa conjugia, ſi ad vulgaria principia negotium hoc ſacrum revocetur, ſicut & hac opinione deceptus videtur ipſe Imp. Juſtinus *in Nov. 140.* ob rationem a Pontifice *in Cap. 2. X. de Sponſal.* adductam, quod ſponſalia ad inſtar ſocietatis mutuo diſſenſu diſſolvi poſſint, etiam matrimonii diſſolutionem voluntate mutua conjugum concedens.

Facultas diſſentiendi res mali exempli.

§. XIV. Sexto demum ſcandalis uberrimum aperiri campum dicunt, ſi diſſolutioni ſponſaliorum locus concedatur, cum vel ſimulare inimicitias capitales, vel fingere diſſentiendi rationes poſſint, quo pacto omnis periret conjugiorum ſanctimonia, & ludibrio forent deſponſationes etiam publicæ, ſi permitteretur, ut ſponſalia ineuntibus ſuperſit quicquam ultra id, quam ut ſancte ſervent, Mev. *p. 5. deciſ. 2. 11. in med.* Admiſſo autem uno vel altero exemplo, plures idem jus ſibi indulgeri vellent, atqui ita hic contractus omni jure humano longe ſuperior & ſanctior, per talem indulgentiam habetur inferius. Tarnov. *d. Libr. 5. cap. 86. q. 3. in fin.*

Suffragium Dd. de compellendis deſponſatis.

§. XV. Et hanc ſententiam pœnitendi facultatem excludentem in Conſiſtoriis Principum Evangelicorum receptam, ſponſosque per Magiſtratum politicum ad benedictionem ſacerdotalem compellendos eſſe, unanimi fere calculo probant Dd. Joach. a Beuſt. *de Jur. Connub. P. 1. cap. 58.* Petrus Heigius *P. 2. qu. 16. n. 4. & ſeqq.* Mev. *P. 5. deciſ. 193. num. 6.* Tarnov. *d. l.* Brochmand. *Syſtem. Theol. Loc. de Conjug. p. 571. qu. 2.* Chemnitius *Loc. Theol. P. 3. de Conjug. cap. 1. §. Talia igitur.* Kitzel. *Synopſ. Matrim. c. 8. th. 11. lit. c.* aliique citati a Carpzovio *Lib. 5. Reſponſ. 108.* ubi *n. 29.* ſequenti Scabinorum Reſponſo ſententiam ſuam confirmat:

Præjudicium.

Haben ſich zween Perſonen mit einander in Ehegelöbniß eingelaſſen, und in Beyſeyn gewiſſer hierzu erforderter Zeugen, Sponſalia publica celebriret, es ſeyn aber nunmehr beyde Perſonen anders Raths worden, und von ſolcher Ehegelöbniß mutuo diſſenſu abzuſtehen, gemeynet. Ob nun wohl ſonſten in andern Contracten die Reue, wenn ſolche bey beyden Theilen verhanden, zugelaſſen, und der einmahl geſchloſſene Contract mit beyderley Willen gar wohl wiederum aufgehoben und diſſolviret werden mag; Dieweil es aber dennoch mit dem Ehegelöbniß viel eine andere Gelegenheit hat, und daſſelbe

daſſelbe, wenn beyde Theile in Beyſeyn der Gezeugen ihr endliches beſtändiges Jawort von ſich gegeben, und dadurch das Matrimonium geſchloſſen, durch göttliche Ordnung dermaßen verbündlich gemachet wird, daß es von denen Contrahenten nicht wiederum aufgehoben, und diſſolviret werden mag ꝛc. So ſeyn auch vorgedachte beyde Perſonen zu pœnitiren nicht befugt, ſondern das verſprochene Ehegelöbniß durch ordentliche Prieſterliche Copulation zu vollziehen ſchuldig, in Verweigerung deſſen, werden ſie von der Obrigkeit darzu gebührend billig angehalten. V. R. W.

Conſiſtoria ſequuntur principia Papalia.

§. XVI. Quamvis autem argumenta jam adducta ſatis ſpecioſa videantur, neſcio tamen, an non ex hypotheſibus Pontificiorum irrepſerit iſta ſententia in Conſiſtoria Evangelicorum. Poſtquam enim aſſertio illa Canoniſtarum, quod ſponſalia de præſenti ſint ipſum matrimonium, a noſtratibus probata, interim tamen illa diſtinctio, prout a Canoniſtis proponitur, qua ex verborum contextu ſponſalia de futuro ab illis de præſenti ſeparantur, exploſa eſt, explodi quoque omnino debeat illud aſſertum: ſponſalia de præſenti, uti apud Evangelicos explicantur, eſſe ipſum matrimonium; quæ tamen a matrimonio diſtincta eſſe nemo diffitebitur, quod poſtea demonſtrandum erit.

Nexus ſponſaliorum ex vi ſacramenti petitur.

§. XVII. Scilicet nexus ille ſponſaliorum de præſenti apud Pontificios ex vi ſacramenti dependet, quod per matrimonium contrahi apud ipſos in confeſſo eſt. In hoc vero ipſi inter ſe non ſatis conveniunt, in quonam forma hujus ſacramenti proprie conſiſtat? Communis tamen ipſorum ſententia eſt teſte Covarruvia *de Matrimonio P. 2. cap. 1. §. 8.* Sanchez. *de Matrim. L. 2. Diſp. 5. n. 6.* Bellarm. *de Matr. Sacrament. L. 1. cap. 6. verſ. forma autem.* conſiſtere formam hujus ſacramenti in verbis vel ſignis, mutuum conſenſum exprimentibus: cum ergo hæc verba ab ipſis contrahentibus proferantur, admittit Bellarminus porro, quod mirum omnino eſt, ipſos conjuges eſſe proprios hujus ſacramenti miniſtros; & eapropter verba Parochi, quibus dicit, ſe conjugere ſponſos, non eſſe de eſſentia matrimonii; ipſe enim ſolus eſt aſſiſtens matrimonii, non illud conferens. Thom. Tambur. *Theol. Mor. Lib. 8. Tr. 5. Cap. 2. n. 2.* Gutierrez *de Matrim. cap. 41. n. 2.* Hac hypotheſi ergo ſuppoſita, opus habuerunt Pontificii verbis præſens tempus matrimonii deſignantibus, nec ſufficere cre-

diderunt ad formam ſacramenti, dixiſſe: *Ego ducam te in uxorem*, quæ præſens erat deſponſatio, & hinc eo momento, quo his verbis de præſenti illam ſibi deſponſabat, hæc autem annuebat, & ſponſalia de præſenti, & matrimonium contrahebatur: & eapropter intuitu horum verborum, formam ſacramenti continentium, eadem vis ſponſalibus de præſenti, quam matrimonio tributa. Ergo cum ſacramentum hoc characterem quendam indelebilem ex ipſorum hypotheſi inferret, nullam pœnitendi licentiam amplius admiſerunt, ſed eandem indiſſolubilitatem & ſponſalibus his, & nuptiis adſcripſerunt, regulamque de negotio conſenſu conſtante, & eapropter mutuo diſſenſu juxta *L. 35. ff. de R. J.* diſſolvendo, hic fallere dixerunt, quia adeſt ſacramentum, Sanchez *de Matrim. Lib. 1. D. 52.* Layman. *Theol. Moral. Lib. 5. Tr. 10. P. 2. c. 2. n. 1.* qua ratione etiam utitur Pontifex Honorius in *C. ult. X. de Transact.* Et hanc theſin poſtea retinuerunt noſtri: ſponſalia de præſenti eſſe ipſum matrimonium; rationem vero, qua moti id aſſeruerint Pontificii, dudum rejecerunt.

Quem ſacramenti reſpectum tacite ſequuntur noſtri.

§. XVIII. Sed ne injuriam noſtratibus feciſſe videar, illorum ſententia adducenda, ſi modo prius monuero: illa ſponſalia verbis de præſenti contracta, & inde matrimonii formam abſolventia, dici' Jure Canonico matrimonium initiatum ſive ratum, cui opponitur conſummatum, accedente ſcil. copula carnali, Layman. *d. Libr. 5. Tr. 10. P. 2. cap. 1. n. 2.* Covarruv. *de Matrim. P. 2. c. 1. §. 1. n. 4.* Eſt ergo illud matrimonium initiatum, ob datam modo rationem, *ſacramentum*, & quia ſacramentum, propterea eſt indiſſolubile. Jam videamus, quare noſtrates in ſponſalibus pœnitentiam vel diſſenſum mutuum excludant? Scil. quia ſponſalia ſunt matrimonium initiatum, Brochmand. *Syſtem. Theol. loc. de Conjug. cap. 4. q. 10.* Kitzel. *Synopſ. Matrim. cap. 8. th. 11. lit. D.* Idem probat Chemnitius *Loc. de Conjug. cap. 1. §. Et licet.* quando dicit, licet talia etiam ſponſalia in futurum reſpiciant, ut ſcil. poſtea ſponſio adducatur, & tradatur ſponſa, tamen *vere ratum eſt conjugium, & jam initium factum eſt præſentis conjugii.* Et poſtea clarius cum Ambroſio aſſerit; ſponſalia de præſenti facere matrimonium initiatum & ratum. Hinc ſponſas initiatas conjuges appellat etiam Ant. Matthæi Tr. *de Crimin. Lib. 48. Tit. 3. c. 1. n. 9.*

Quare noſtri pœnitentiam vel diſſenſum mutuum excludant? Scil. quia ſponſalia ſunt matrimonium initiatum.

Ulterius

Ulterius progreditur Carpz. *Lib. 5. Reſponſ. 108. n. 12.* quando ex hoc fundamento ſponſalia mutuo diſſenſu ſolvenda negat, quia *per ea matrimonium jam conſummatum*, quamvis exiſtimem ultimam vocem ipſi pro *initiatum* excidiſſe. Imo propius adhuc Papalibus principiis accedit idem Carpzov. *Jurispr. Conſiſtor. L. 2. def. 21. n. 7.* ubi eapropter a ſponſalibus diſcedere fas non eſſe putat, quia matrimonium non eſt contractus tantummodo civilis, ſed res conſcientiæ, & tale negotium, *ubi character ſpiritualis eſt impreſſus*, hincque matrimonium eſſe de cauſis ſpiritualibus Et ſponſam de præſenti ex propria ſignificatione appellatione uxoris & mariti contineri, probat prolixe Schrader. *Comment. ad Tit. de Nupt. pr. num. 31. & ſeqq.* Ejusdem ſententiæ eſt Weſenb. *P. 3. Conſ. 125. n. 15. ſeqq.* ubi dicit *C. 2. X. de Sponſal.* loqui tantum de illis, quæ in futurum contracta, quæ non inducunt jus ſpirituale, ſed tantum ſunt pacta, de jure ſpirituali futuro. Non vero obtinet in ſponſalibus de præſenti, quia in matrimonium tranſeunt, & conſtituunt jus ſpirituale.

§. XIX. Quod ſi ergo a ſponſalibus de præſenti removeamus qualitatem ſacramenti, nihil remanebit amplius, quam ſimplex pactum vel contractus, quod agnoſcunt Pontificii Dd. ita enim Thom. Tamburinus *Theol. Moral. Lib. 8. Tr. 5. c. 1. n. 5.* matrimonium fidelium contractus naturalis eſt, & ſimul ſacramentum; & in ſeqq. diſputat, an matrimonium a fidelibus iniri poſſit, ut contractus tantum, & non ut ſacramentum? Et affirmativam defendit, licet non paucos diſſentire dicat, aſſerentes, rationem ſacramenti non dependere a contrahentium voluntate, ſed eo ipſo, dum ejusmodi contractus legitime ponitur, ſtatim ex Chriſti inſtitutione ipſi cohærere rationem ſacramenti. Similia habet Thom. Sanchez. *Tract. de Matrim. Lib. 2. cap. 6. num. 1.* Chriſtum naturam contractus in matrimonio non mutaſſe, ſed illum tantum elevaſſe ad eſſe ſacramenti. Add Gonzalez Tellez. *Comment. ad C. 2. X. de Sponſal. n. 7.* Et hinc Covarruv. *Tr. de Matrim. P. 2. cap. 7. §. 1. n. 1.* matrimonii per verba de præſenti inter fideles contracti ante copulam carnalem nullam aliam ſanctitatem agnoſcit, quam quæ dependet ex ſanctitate ſacramenti. Atqui vero ſacramenti qualitas communi Evangelicorum calculo remota eſt a matrimonio, ergo nec conſectaria pontificiorum remoto

Sponſalitorum non major vis, quam paganorum.

moto antecedenti, amplius admittenda erant, ſed remanebit contractus de matrimonio initus, ſive ſponſalia de præſenti, in terminis meræ conventionis, nullam aliam obligandi efficaciam habentis, quam ex conſenſu contrahentium. Quod egregie confirmat Marcus Antonius de Dominis, *Tr. de Republ. Eccleſ. L. 5. c. 11. n. 1. in fin.* inquiens: *Theologi noſtrates, qui matrimonium faciunt vēre & propriè dictum ſacramentum, diſtingvunt in ipſo illa duo: nimirum contractum humanum, & ſacramentum.* Et poſtea: *Huic contractui humano jam ſic libero & voluntario, aliquæ conditiones ſunt a Deo, ſeu jus naturæ humanæ explicante, ſeu poſitiva ſua lege præſcriptæ, in quibus conditionibus contractus hic nulli poteſtati, quæ ſit Divina inferior, ſubjicitur. Quorſum pertinet inſolubilitas & ſangvinis cognationisque reverentia. His exceptis conditionibus contractus matrimonii, ut contractus eſt, eſt ſane humanus, corporeus, & totus in genere rerum temporalium; civilis eſt, & civili omnino ſubjectus poteſtati.* Ex quibus verbis ſua ſponte ſequitur, quod & mutuo diſſenſui ſit ſubjectus.

Unde deſcendat indiſſolubilitas matrimonii?

§. XX. Quapropter hoc adhuc inquirendum, an illud vinculum matrimonii indiſſolubile, quod ſervator in novo fœdere *Matth. XIX.* inculcavit, deſcendat ex verbis inter deſponſandos de præſenti conceptis? Et ſic hoc; cur non verba de futuro jurisjurandi religione confirmata ejusdem efficaciæ ſint? An vero aliunde, ſcil. ex ipſa copula carnali nexus ille repetendus? Sane verbis de præſenti hic nimium inſiſtunt Pontificii, ut hæc ſi deficiant, etiam copulæ carnali efficaciam matrimonii detrahant. Th. Tambur. *Theol. mor. d. l.* Quod ſi vero verba adſint, non his, ſed demum accedendi copulæ carnali plenam indiſſolubilitatem tribuunt. Sane recepta apud noſtrates ſententia eſt, & quidem veriſſima; ſponſalia de futuro per copulam carnalem ſubſequentem fieri de præſenti, & ita effectum veri matrimonii conſequi. Verum diſplicet hoc Pontificiis, qui, ſi verba de præſenti coram Parocho declarata non præceſſerint, matrimonium non admittunt. Hic dicit Joh. Gutierrez. *Tr. de Matrim. c. 40.* quando ſponſalia de futuro coram Parocho & teſtibus celebrata ſunt, per copulam occultam minime hodie in matrimonium tranſeunt: Idem confirmat Sanchez. *de Matrim. Lib. 3. Diſput. 40. n. 6.* Et hoc præcipue poſt Concilium Tridentinum obtinere aſſerit Joh. Baptiſta

pti ſta a Coſta, *Tr. de Fact. ſcient. & ignor. Cent. 2. diſtinct. 40. n. 83.* Ex quo conſtat, non ſoli copulæ, ſed verbis de præſenti conceptis Pontificios inſiſtere.

Copula carnalis inducit indiſſolubilitatem.

§. XXI. Quod ſi vero verba de præſenti coram teſtibus declarata adſint, ex quibus matrimonium ratum naſcitur, jam aliquam indiſſolubilitatem admittunt, ſed non totalem illam, quam Salvator innuebat: hanc enim demum poſt copulam carnalem ſequi, Jus Canonicum expreſſe docet, *in C. Ex publico. 7. X. de Converſ. conjugat.* ubi *circa fin.* Alexander III. Pontifex verba Chriſti de non dimittenda uxore, reſtringit ad illos, quorum matrimonium carnali copula conſummatum, Et idem pluribus deducit Sanchez. *Lib. 2. Diſp. 13. num. 7.* ubi variorum opinionibus adductis tandem ita concludit: *Omnimodam indiſſolubilitatem non competere matrimonio ex Jure Naturæ, nec ex ratione ſacramenti, ſed ex ſignificatione, qua Chriſtus evexit illud ad ſignificandam unionem indiſſolubilem Chriſti cum Eccleſia per carnem aſſumptam, & quia hæc ſignificatio tantum convenit matrimonio conſummato, & hinc hoc ſolum omnino eſt indiſſolubile.* Ejusdem ſententiæ eſt Didac. Covarruv. *de Matrim. P. 2. cap. 7. §. 4. 20.* aſſerendo, matrimonium ante carnalem copulam nondum eſſe individuum vinculum, quia antea non ſignificat conjunctionem Chriſti cum eccleſia. Et Leo Pontifex *in Can. Cum ſocietas. 17. cauſ. 27. qu. 2.* expreſſe dicit: *Nuptiæ in ſe, præter commixtionem ſexuum, non habent Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, unde illa mulier non pertinet ad matrimonium, cum qua non fuit nuptiale myſterium.*

Confirmatur hoc Evangeliorum ſenſu.

§. XXII. Et hujus aſſerti veritatem, de matrimonio conſummato intelligenda eſſe Chriſti verba *Matth. XIX. v. 6. quæ Deus conjunxit, homo non ſeparet,* agnoſcunt Theologi noſtri pariter & JCti. B. Gerhardus *Loc. de Conjug. §. 168. in fin.* ex circumſtantiis textus id evincit, præcipue vero exinde, quod ab unitate carnis arctiſſimum illum conjugii nexum deducat Salvator: atqui vero hunc nexum in deſponſatis ceſſare, extra dubium eſt. Add. D. Havemann. *Gamolog. Synopt. Lib. 1. Tit. 1. poſit. 6. & Tit. 13. Poſit. 1. n. 4.* Pariter ex JCtis Joh. Kitzel *in Synopſ. Matrim. cap. 8. th. 11. lit. D.* aſſerit, ſponſalia de præſenti myſterium inter eccleſiam & Chriſtum non deſignare, niſi ſint conſummata, & perſonæ deſponſatæ conjugalem thorum ingreſſæ.

Omnia ſponſalia diſſenſu mutuo ſolvi poſſunt.

§. XXIII. Ut ergo ad rem accedamus propius ſponſalia, quibuscunque etiam verbis contracta, mutuo diſſenſu diſſolvi poſſe, nulli dubitamus, cum nullum aliud vinculum hic ſubſit, quam conventionis, quod obligandi efficaciam ex ſola partium voluntate habet, ut hinc nihil vetet, quo minus juri ſuo renunciare poſſint. Neque enim huic facultati, mutua voluntate a ſponſalibus diſcedendi, reſiſtit Jus Naturæ, utpote quod quidem turpe æſtimat, datam fidem fallere: verum hoc eo ſaltem tendit, ne unus a pacto ſponſalitio invito altero diſcedat: quod ſi neutra pars implementum pacti deſideret, fidem, quam remiſerunt aperte, fefelliſſe dici non potuerunt. Nec reſiſtit Jus Civile *ob L. 1. C. de Sponſalib.* Nec Jus Canonicum, utpote quod in noſtro *C. Præterea. 2. X. de Sponſal.* hunc diſſenſum clare approbat: de diſſenſu enim utriusque Pontificem illic agere, probavit Gutierrez. *de Matrim. c. 24. n. 3.* Nec ad ſponſalia de futuro, prout in noſtris Conſiſtoriis ex omnium confeſſione capiuntur, hic textus reſtringi ſalva verborum ratione poteſt.

An idem Jure Divino?

§. XXIV. Hoc ergo tantum nobis removendum eſt; diſſenſum illum mutuum non refragari Divino Juri, quod quidem ex parte jam ſupra §. *21. & 22.* factum, verbis Chriſti *Matth. XIX.* ad matrimonium conſummatum reſtrictis. Verum hoc adhuc reſtat, quod ſponſa Jure Divino pro uxore reputetur, adeo ut in ipſam adulterium committatur, *Deut. XXII. v. 23. ſeq.* Unde & filiarum ſponſi jam tum dicuntur generi, *Geneſ. XIX. v. 14* quod probatum ſupra §. *9.* Verum ad hoc reſpondet Gregorius in *C. Qui deſponſatam. 12. Cauſ. 27. quæſt. 2.* Divinæ Legis mos eſt, ſponſas appellare conjuges, non quod jam ſint uxores, ſed quod a parentibus uxores fieri debeant; add. Covarruv. *de Sponſal. P. 1. c. 1. num. 7.*

Sponſa qua ratione ſit adultera?

Vel dicendum omnino eſt, quamdiu ſubſiſtit vinculum ſponſalitium, tamdiu ſponſam adulterii ream eſſe, quod fidem de futuro etiam matrimonio datam fallat, alterique copiam corporis faciat. Utut enim thori violatio proprie de ſponſa dici nequeat, adeſt tamen violatio fidei ſemel datæ, quam inſtar adulterii vindicandam cenſuit Moſes. Hinc pariter ille peccat, qui cum hac conſveſcit: nam nec ſpem matrimonii fallere permiſerunt ethnici etiam JCti, teſte Ulpiano. *in L. Si uxor. 13. §. Divus. 3. ff. ad L. Jul. de Adult.* Sunt enim ſponſalia ſperatæ nuptiæ, *L. 16. C. de*

de Episcop. audient. sane etiam Ebræorum jure sponsam a sponso dimitti posse, dato repudii libello, nemo est, qui negat; vid. Brouwer. *Cap. 24. n. 2.* Selden. *Uxor Ebraica, Lib. 2. c. 3.* Quamdiu ergo hoc factum non est, sponsa omnino promissi matrimonii fidem servare debet, ac si uxor revera esset; quamvis si penitus jam consummato matrimonio furtivos admittat amores, turpius omnino agat, cum sic proprie thorum violet, & hinc hodie etiam graviori supplicio afficiatur, Carpz. *Pr. Crim. qu. 56. n. 26.*

§. XXV. Adducunt quidem porro pro illicito desponsatorum dissensu exemplum Josephi, Mariam sibi desponsatam dimittere volentis, quod propositum ipsius angelo monitore impeditum, & sic improbatum, *Matth. I, v. 20.* Verum contextus abunde docet, Josephum ex falsa illicitæ imprægnationis suspicione Mariam dimittere voluisse, quod ne injuriam Mariæ inferret, illaque hoc facto omnium odio ac ludibrio exponeretur, Deus præcavere voluit. Conf. Hottomann. *de Sponsal. c. 5.* Ut taceam, casum hunc nostram non tangere controversiam, qui non de unius sponsi dissensu, sed de utriusque desponsatorum mutua voluntate, ad separationem tendente, solliciti sumus. *Exemplum Josephi & Mariæ.*

§. XXVI. Multo minus existimandum est, sponsam, jure inter Evangelicos recepto, pro uxore reputandam esse, & hinc sponsaliorum dissolutionem sponsaliorum mutuo consensu æque illicitam esse, quam matrimonii: magna enim etiam hodie utrobique subest differentia, licet verbis de præsenti quam maxime contrahantur. Ille enim consensus nuptias facit, qui eo tendit, ut statim conjuges fiant, & indissolubile animorum vinculum inter ipsos constituantur, ac alter alteri corporis sui jus det, & vicissim ab altero accipiat; quod sane in sponsalibus de præsenti non intendunt, scilicet ut statim matrimonium existat, & jus reciprocum in corpus transferatur; sed verba talia semper futurum aliquod matrimonium benedictione sacerdotali, & corporum conjunctione adhuc confirmandum respiciunt, de quo prolixe egit Cypræus *de Sponsal. Cap. 5. §. 1. & 2.* Lauterbach. *Tr. de Arrha. sect. 5. th. 144.* Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 169.* Havemann. *Gamolog. Lib. 1. Tit. 1. Posit. 4.* Quamdiu ergo matrimonium hoc benedictione sacerdotali consummatum non est, tamdiu nec effectus veri matrimonii aderunt; quorsum illa ex unitate carnis oriunda indissolubilitas omni- *An hodie sponsaliorum & matrimonii idem vinculum?*

no pertinet. Add. Dn. Bruckner. *Deciſ. matrim. cap. 1. n. 39. ſq.* Et hanc diverſitatem inter ſponſalia & nuptias agnoſcit etiam Carpz. *Jurispr. Eccleſiaſt. Lib. 2. def. 66. n. 14. ſeq.* Imo vel unico hoc exemplo evinci poteſt, non eandem utrobique rationem ſubeſſe in foro noſtro: maritus enim, quamvis viva uxore, cum tribus aliis ſponſalia de præſenti ineat, ut polygamus tamen, gladio non punitur, quod fieri deberet, ſi hæc ſponſalia cum matrimonio convenirent.

Reſponſio ad argumenta contraria.

§. XXVII. Quibus ſuppoſitis, facili negotio diſſolvi poſſunt argumenta ſuperius §. *IX. & ſeq.* adducta. Primum enim illud, ſponſam vi conſenſus jam pro uxore haberi, *in §§. præced.* abunde ſolutum. Nam non a ſola appellatione rei veritas dependet, cum abuſive ſeu ampliative ſæpius ſcripturam loqui, ſtatumque futurum pro præſenti accipere, variis in hunc finem adductis exemplis probaverit Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 168.* Nec negavimus ſupra §. *XXIV.* vinculum aliquod ſubeſſe, etiam in ſponſalibus; verum vinculum hoc conventionis ſeu fidei tantum de matrimonio datum eſt, non vinculum ipſius matrimonii. Imo ex hoc oſtendi poteſt, non ex eo impugnari poſſe diſſenſum deſponſatorum mutuum, quod ſponſa cum alio concumbendo, adulterii rea dicatur de Jure Divino: nam & idem Jure Romano confirmatum, *L. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de Adult.* Interim tamen hoc Jure mutuo diſſenſu a ſponſalibus diſcedi poſſe, nemo negabit. Hinc quando ex illa *L. 13.* verum adulterium cum ſponſa committi defendere nituntur, recte reſpondet Covarruvias *de Sponſalib. P. 1. cap. 1. n. 13.* quando dicit: *Ex reſcripto Imperatoris licere ſponſo coitum alterius cum ſponſa vindicare per textum in d. §. Divus, non tamen ex eo, quod ille coitus ſit adulterinus, ſed vel quia injuria atrox ſponſo infertur, propter ſpem matrimonii; unde ſponſus non vindicat hanc fornicationem, eo quod ſit adulterium, ſed ratione atrocis injuriæ ſibi illatæ, quemadmodum injuriam ſponſæ illatam vindicare licet, ob eandem matrimonii ſpem, L. Item apud Labeonem. §. Sponſum quoque. ff. de Jurejur.* Quamvis hanc Covarruviæ opinionem oppugnare ſatagat Anton. Matthæi *ad Libr. 48. ff. T. 3. c. 1. d. 6.* Quicquid tamen hujus rei ſit, ſi Jure Civili adulterium revera foret concubitus cum ſponſa, non permiſſum eſſet patri ſponſam alii invito ſponſo elocare, quod tamen indulget

Quale vinculum ſit in ſponſalibus?

Quatenus cum ſponſa adulterium committatur?

get JCtus *in L. Miles. 11. §. Quærebatur. ff. ad L. Jul. de Adult.*

§. XXVII. Secundum argumentum §. *IX.* oppoſitum majoris ponderis eſſe videtur; deſumptum hoc eſt a vinculo Divini Juris, quod in ſponſalibus ſubeſt, & hinc pœnitendi licentiam excludit. Sed velim, oſtendatur Juris Divini ſanctio, qua homo magis ad fidem ſponſaliorum, quam alterius pacti honeſti implementum conſtringatur: quod enim ex ſpiritualitate matrimonii repetunt, falſo nititur fundamento, ut oſtenſum §. *XVII & ſeq. &* B. Lutherus *Libell.* Von Eheſachen, *Tom. VI. Wittemb. fol. 257.* expreſſe dicit: Die Ehe iſt ein weltlich Ding, cui gemina ſunt verba Marci Antonii de Dominis, quod *contractus matrimonii ſit humanus, corporeus, & totus in genere rerum corporalium.* quæ adducta ſuperius §. *19. in fin.* Et quicquid tandem ſit de ipſo matrimonio, falſum omnino eſt, idem Juris Divini vinculum ſubeſſe in actibus ad matrimonium præpatatoriis, quam in ipſo matrimonio. Vid. ſupra §. *XX.* *Quatenus hic ſubſit vinculum Juris Div.*

§. XXIX. Pateſcit hoc eo clarius, ſi oſtendamus, non omnem Juris Divini nexum partibus adimere arbitrium diſcedendi ab obligatione quæſita: exemplum eſt in re alteri ſub arctiſſima jurisjurandi religione promiſſa, ubi nec fraus, nec dolus, nec judicii imbecillitas, nec turpitudo quædam, aliudve, quod dubiam jurisjurandi juſtitiam facere poſſit, concurrit; juramentum etiam in judicio prævia admonitione de perjurii pœnis præſtitum, ubi jurans vi Juris Divini *Num. XXX. v. 3.* & vindictæ ipſi a Deo imminentis, *per L. C. Si certum petat.* ad præſtandum id, quod promiſſum, ſic adſtringitur, ut nulla auctoritate humana, ſive Imperatoria, ſive Papali, juramenti nexus remitti poſſit: præſertim ſi implementum ejus præſtationis quadam impoſſibilitate non impediatur. Ab hoc tamen juramento liberabit ipſum illius, cui juratum, ſpontanea remiſſio; ſi præſtationem rei, ſub juramento promiſſæ, fieri nolit, vel rem pro accepta reputare velit. Deus enim, cui juratur, quique ſeveriſſimus perjurii vindex. nil aliud deſiderat, quam ne fraus fiat illi, cui ſub hac religione quid promiſſum; nulla vero fraus fit volenti, & præſtationem rei promiſſæ recuſanti. Leſſius *de Juſt. & Jure, Lib. 2. cap. 42. Dubit. 12. n. 57.* Laymann. *Theol. moral. Lib. 4. tract. 3. c. 6. & 9.* Quod proce- *Juramentum non excludit facultatem remittendi jus quæſitum.* *Nec votum.*

procedit, etiamsi juramentum factum sit per modum voti, Bonacina *Tom. 2. Disp. 4. a. d. 11. Decalog. præcept. punct. 17. n. 3.* Nulla enim hic Deo fit injuria, quia promissio hæc facta præcise in favorem alterius, & in Deum dirigitur, solum ut testem promissionis homini factæ, & vindicem violatæ ejus fidei, qua alteri adstringitur; quam fidem cum non violaverit, sed promissioni ita satisfecerit, in effectu Juris omni prorsus obligatione solutus est, & apud Deum & apud homines. Robert. Sanderson. *Tr. de Oblig. juram. prælect. 7. Sect. 8.* Quod si ergo hoc partibus permissum, fidem juratam remittere, ex quo juramento tamen sine dubio Juris Divini obligatio nata; non video, quare non idem permittendum sit desponsatis, sibi invicem datam fidem remittere volentibus.

Sponsalia jurata dissensu solvi possunt.

§. XXX. Ceterum, quæ jam dicta, etiam in sponsalibus juramento confirmatis vera esse, probandum restat. Provoco autem *ad C. Requisivit. 17. X. de Sponsal.* ubi expressa quæstio est, qua censura compellenda mulier, quæ jurisjurandi religione neglecta nubere renuit, cui se nupturam interposito juramento firmavit? Et respondet Pontifex, quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda sit potius, quam cogenda. Ex quo sine dubio sequitur, ergo si ille, cui se nupturam juravit, proprio motu juramentum remittat, libere discere valebit. Et hinc ob *d. C. 17. & ob C. 2. X. de Sponsalib.* Canonistæ communiter concludunt, sponsalia puberum dissolvi posse mutuo ipsorum consensu, & alterum alteri obligationem ex desponsatione natam remittere valere, modo libera voluntate id fiat, Sanchez. *de Sponsal. L. 1. Disp. 52. n. 1. & sq.* Bonocina *Tom. 1. tit. de Sacram. matrim. qu. 1. punct. 10. n. 1.* Lessius *de Justit. & jure, L. 2. c. 42. Disp. 12. n. 57.* Guttierr. *Tr. de Matr. c. 24.* Et hoc non tantum in simplicibus sed & juratis sponsalibus admittunt allegati Dd. add. Tamburin. *Theol. moral. L. 8. Tr. 3. c. 5. §. 1.* Laymann. *Theol. Moral. L. 5. T. 10. P. 2. n. 1.* Conf. Marci *P. 2. Dec. 746.* Juramentum enim hoc dirigitur quidem in Deum, sed tanquam in testem promissionis factæ, quare remittente homine, remittet etiam Deus. Sanchez. *d. Disp. 52. n. 6.* Et hoc verum esse dicit Bonacina *Tom. 1. oper. d. punct. 10. n. 1.* etiamsi sponsalia jurata sint principaliter in honorem Dei, seu per modum voti, ut accidit, quando quis intuitu pieta-

Etiamsi juramentum in honorem Dei præstitum.

pietatis cum juramento promiſit fœminæ pauperi, ſe contracturum cum ea matrimonium: ratio eſt, quia ille, in cujus favorem factum eſt juramentum, poteſt cedere juri ſuo, & juramentum cenſetur factum ſub conditione; ſi ille, in cujus favorem factum eſt, velit acceptare, & nolit cedere juri ſuo; quam ſententiam quoque probat Kitzel. *Synopſ. matrim. c. 8. theſ. ult. lit. k.* Cypræus *de Jure Connub. P. 1. cap. 13. §. 12.* Beuſt. *de Sponſal. §. 10. pag. 13.* Imo idem hoc extendit Sanchez. *d. Diſp. 52. num. 9. in fin.* ut mutuo conſenſu diſſolvi poſſint ſponſalia, licet reciproco juramento ad conſummationem matrimonii ſe obligaverint; reciproca enim remiſſione juramenti etiam hæc obligatio tolleretur; quando itaque alii Dd. Pontificii dicunt, ſi ſponſus juraverit, ſe ſponſam in uxorem ducturum, quod ad hujus jurisjurandi obſervationem arctari præciſe poſſit. Seraphin. *de Privil. juram. Privil. 138.* Quod & aſſeruit Pontifex in *C. Ex literis. 10. X. de Sponſ.* hoc ita temperandum eſt, niſi altera pars juratam promiſſionem repetat, h. e. fidem ſibi de matrimonio juratam remittat: quamvis etiam ipſi juranti Canoniſtæ indulgeant diſceſſum a ſponſalibus, ſi probabilis cauſa acceſſerit, ex qua infelicis connubii augurium capi poſſit, *per d. C. 17. X. de Sponſal.* Quod thema prolixe per ſequitur Joh. Bapt. Coſta *Tr. de Fact. ſcient. & ignorat. diſtinct. 40. cent. 2. n. 31. & ſeqq.* Nam & juramentum omne tacitam hanc clauſulam habet, *rebus ſic ſtantibus, vel in eodem ſtatu manentibus.* Seraphin. de Seraphin. *de Privileg. Jurament. Priv. 73. num. 22.* Barboſ. *ad C. 2. in fin. X. de Renunc.* & Dd. *in C. Quemadmodum. 25. X. de Jurament.*

Imo etiamſi uterque pars juraverit.

§. XXXI. Non equidem diffitemur, Canoniſtas adductam hactenus diſſentiendi licentiam ad ſponſalia jurata de futuro reſtringere. Kitzel. *Synopſ. matrim. cap. 8. §. ult.* Verum quæ illis de futuro ſunt, nobis de præſenti eſſe, jam ſupra §. *V.* ex ipſo textu *Cap. 2. X. de Sponſal.* evictum eſt. Nec poterit inter Evangelicos diverſitatis ratio reddi, quare minus obligetur is, qui jurat, ſe Titiam ducturum, quam qui jurat, ſe Titiam ducere, eadem utrobique Deum vindicem haberet, niſi ſpontanea remiſſione deſponſatæ a nexu juratæ fidei liberaretur.

Quod mahactenus diſſentiendi licentiam ad ſponſalia jurata de futuro reſtringitur ad ſponſalia de futuro.

§. XXXII.

Quatenus Dei fœdus subsit?

§. XXXII. Tertium argumentum pro removendo dissensu desponsatorum §. *XI.* adductum, quod conjugium Dei fœdus, eaque propter nefas sit inde discedere, ex superioribus pariter facile dissolvitur. Non negamus, matrimonium tale fœdus esse, quod indissolubile Auctor ejus O. M. ad mortem usque voluit: verum non idem de sponsalibus tanquam hujus indissolubilis fœderis promissione, dicendum, ob cessantem Juris Divini rationem. Et quamvis nec hæc pacta de futuro connubio sine perfidia violentur; violantur tamen illa non aliter, quam si unus discedat temére, non si uterque sibi fidem remittat. Si enim juramentum hac ratione non violatur, quare sponsalia violata dicerentur, quorum implementum neuter ex desponsatis desiderat. Caveat tamen sibi omnino alteruter desponsatorum, ne, si promissi se pœniteat, alteri tot molestias variis artibus creet, quibus ipse quoque ad dissensum inducatur: non enim illæsa ejus erit conscientia, quamvis remissionem promissi matrimonii ab altero impetraverit, quippe hanc remissionem plane liberam ac rationabilem esse debere, jam supra dictum. Bonacin. *Tom. 1. de Matrim. punct. 10. num. 2.* ubi bene subjicit; non recte dissolvi sponsalia, quando alter sponsus remittit obligationem ex metu sibi incusso ab altero contrahente, ad extorquendam remissionem. Aliud tamen si ipsa sponsa sibi metum conciperet ob sponsi asperitatem, eaque propter sponsalibus renunciaret; hic enim metus non a sponso incussus est ad extorquendam remissionem, sed illum de sponso concepit sponsa, de felici successu matrimonii diffidens. Conf. Sanchez. *de Matrim. Lib. 1. Disp. 52. num. 3.*

Alter doloſe non inducendus ad dissensum.

Transactio contra matrimonium prohibita.

§. XXXIII. Quartum argumentum supra §. XII. adductum, quod sc. super matrimonio transigere non liceat, non mox infert prohibitam facultatem discedendi a sponsalibus; de matrimonio enim consummato non subsistit transactio, ad ejus dissolutionem tendens, ne dissolvatur unitas illa carnis, quam perpetuam Deus voluit. Sed si super sponsalibus transigatur, nihil contra Dei institutum committitur, cum unitatem carnis nondum contraxerint; nec aliud hic contigit, quam quod futura connubii infelicitas in tempore avertatur. Non quidem diffiteor, Interpretes nostros eapropter desponsatis non concedere facul-

Ut S. inquisitori delatus.

facultatem deferendi juramentum, quod alter nuptias non promiserit, cum hoc tendat contra matrimonium, de quo præter Gailium & Mevium, quos §. XII. allegavimus, vid. Hillig. *in Donell. L. 24. c. 17. Lit. I.* Carpzov. *Jurispr. Eccles. Lib. 3. Def. 44 n. 10.* D. Brunnem. *Jur. Eccles. Lib. 3. cap. 5. §. 1.* Beust. *de Sponsal. §. 29.* Verum & hæc male sponsalibus applicari puto: rationem enim asserti reddit Gailius, quia in potestate partium non est dissolvere matrimonium; quam rationem etiam sequitur Carpz. *Def. 44. n. 10.* Sed hæc sponsalibus applicari valide nequit, quia hæc pari jure cum nuptiis censeri non possunt: verissimum itaque est, si maritus fœminam ut uxorem suam petat, hæc vero se unquam cum ipso matrimonium iniisse neget, non posset huic deferri juramentum: & sic admitto sententiam Dd. antea adductorum. Sed si fœminam illam non ut uxorem, sed ut sponsam petat, hæc vero sponsalia neget, aliæ autem probationes deficiant, non video, quare huic non posset deferri juramentum, se desponsatam non esse: si enim dixeris, esse hoc contra matrimonium; quæro, an magis promoveatur matrimonium, si hoc juramentum omittat? Nam & hoc casu pronunciabitur, daß Beklagter von angestellter Ehe-Klag zu absolviren, quam si juramento negaverim desponsationem. Interim hoc communi ex permissa delatione jurisjurandi habebit sponsus, ut exploret, annon illa, si jurandum sit, conscientiæ stimulis ob gravissimas perjurii pœnas adacta, confessura sit desponsationem, quod & agnoscit tandem Dn. Brunnem. *d. §. 1. in f.* Interim nos ex hypothesi hucusque defensa statuimus, valere transactionem super sponsalibus sive transactio ad consummandum matrimonium, sive ad discedendum a promissione matrimonii tendat: si enim mutuo consensu gratis discedere fas est a sponsalibus, cur non idem etiam transigendo, dato scilicet aliquo, vel retento. Unde in Consistoriis non adeo raræ sunt illæ transactiones inter desponsatos dissentientes, ut, certæ pecuniæ summa actori numerata, hic actioni renunciet, & novi matrimonii libertas concedatur. Vid. Cypræus *de Spons. cap. 13. §. 13. n. 1.* Et hanc transactionem, si promissio matrimonii adhuc sit dubia, admittet etiam Carpz. *Jurispr. Eccles. Lib. 1. Def. 233. num. 8.* Heig. *P. 2. qu. 16. n. 8. & seq.* Si ergo transactio licita est, etiam delatio juramenti inter desponsatos generaliter

Quod male sponsalibus applicatur.

liter permiſſa erit, ſive ad hæc diſſolvenda, ſive conſummanda tendat, quamvis ob metum perjurii in cauſa, hac ardua ſi aliud remedium ſuperſit, non facile huc deveniendum.

Matrimonii diſſolvendi alia ratio.

§. XXXIV. Quintum argumentum ſupra §. XIII. adductum, nil aliud evincit, quam unius diſſenſu non diſſolvi debere ſponſalia. Nec inde inferendum, ſi mutuo conſenſu diſſolutio permiſſa, idem etiam de matrimonio ſequi, quod & hanc fidem ſibi remittere poſſint conjuges. Fateor, hoc ut crederet & ſtatueret, inductum fuiſſe non quidem Juſtinianum, ſed Juſtinum Imp. *in Nov. 140.* ex vulgaribus diſſolvendorum contractuum regulis matrimonium æſtimans, quod & nec Jure Codicis abſonum fuit, per *l. 9. C. de Repud.* ubi & Anaſtaſius Imp. matrimonium mutuo diſſenſu tolli, permiſit. Nec ipſe Juſtinianus plane alienus ab hac ſententia eſt, uti conſtat *ex Nov. 12. c. 4.* ubi, & conſenſu utriusque, & bona gratia, diſſolvi matrimonium poſſe, conſtituit: quamvis poſtea ſententiam ſuam ex parte mutaverit in *Nov. 117. cap. 10.* Sane jus noſtrum circa divortia quadantenus judaizare, queruntur plurimi, unde & Germaniæ moribus pleræque, quas Juſtinianus ad divortium ſufficere credidit, cauſæ per Conſiſtoria rejectæ. Hoc interim certum manet, conſectarium illud a libertate diſſolvendi ſponſalia, ad eandem libertatem circa nuptias inducendam, plane nihil inferre, cum aliud in matrimonio vinculum ſubeſſe in antecedentibus abunde probatum ſit.

An ſcandalum hic ſubſit?

§. XXXV. Ultimum argumentum §. XIV. propoſitum, ex ſcandali occaſione petitum eſt, quod hic ſubeſſe non videmus; ſi enim unusquisque perpendat, ex quo majus oriatur ſcandalum, an ſi intempeſtivo raptu ſeductus juvenis, amore juvenculæ cujusdam capiatur, ſed negotio accuratius perpenſo, & hæc, & ille videant, neutri hoc concubio conſultum eſſe, ſed potius utrique & fortunarum diſpendium, variasque calamitates alias imminere, re adhuc integra ad pœnitentiam confugiat, & bona cum pace a ſe invicem diſcedant; an vero, ſi compellantur ad illud matrimonium, ex quo non niſi infelicis eventus, jurgia, rixæ, adulteria, imo & homicidia ſequi non raro ſolent, ex poſtfacto cum maximo aliorum ſcandalo diſſolvendum. Et huic ſubſcribit Mevius ſagaciſſimus JCtus *P. 6. Dec. 226.* quando decidit:

Digitized by Google

dit: perſonas, quarum connubium ex certis cauſis prævideri poteſt infauſtum, & multis miſeriis ſubjectum, ad conſummationem nuptiarum cogere, injuſtum eſſe. Subjicit poſtea rationem, quod nec conſcientia, nec pietas admittat, cogendo deſponſatos, illis malis occaſionem præbere, quæ ex diſcordi matrimonio non modo conjugibus ſed etiam eccleſiæ per ſcandala, reipubl. per infeſta conjugum litigia & prava exempla; familiis per odia, rixas turbas inferuntur; ſed potius ab omni humanitate alienum eſſe, ſponte aliquem in illa mala præcipitare velle, quæ ſunt discordis conjugii infinita, & intoleranda, quæ evitare præſtat, quam deinde incerta & difficilia remedia adhibere. Unde *P. 6. Dec. 227.* porro adſtruit, non eſſe cogendam ſponſam ad conjunctionem cum ſponſo, qui ad habendam alendamque in loco, ubi commorari promiſit, familiam plane ineptus eſt, ut inde plus ſcandali ſæpius ex compulſione naſcatur, quam ex voluntaria ſponſaliorum diſſolutione.

Privato tamen auſu ſponſæ non diſcedere queunt.

§. XXXVI. Non tamen hæc noſtra ſententia eſt, quaſi privato auſu diſcedere a ſe invicem deſponſati poſſint; ita enim omnino ſcandali occaſio inde naſceretur, ſed adeundus Judex Eccleſiaſticus eſt, & coram Conſiſtorio cognoſcenda cauſa, an ſponſalia in terminis promiſſionis ſubſtiterint, aut ad quam amoris lineam pervenerint deſponſati: ubi ſi cauſa mutui repudii alicujus momenti eſſe non videatur, moneantur, ne a fide data diſcedant facile, imo etiam ſpatium deliberandi ipſis detur, annon interim ad aliam reverſuri ſint mentem. Quod ſi vero Conſiſtorium conſtantem repudii voluntatem obſervaverit, nec carnalem commixtionem acceſſiſſe animadvertit, deferre partium deſiderio poteſt. Et hinc ſponſalia etiam de futuro non debere privata auctoritate diſſolvi absque eccleſiæ cognitione & auctoritate, recte aſſerit Weſenbec. *P. 3. Conſ. 125. n 13.* Conſultat. Saxon. *in append. matrimon. Lib. 1. cap. 1.* Kitzel. *Synopſ. matrim. Cap. 8. th. 14. lit. I. in fin.* Pariterque Magiſtratus auctoritatem intercedere debere, defendit Brouwer. *de Jur. Connub. Lib. 1. cap. 25. n. 56.* ubi *n. 58.* prudentiſſime ſententiam ſuam temperat, cujus verba hic repetere lubet: quamvis ſponſalia publica, ſi conſentiat Magiſtratus ex contrario contrahentium mutuo affectu diſſolvi poſſint, non adeo facilius debet eſſe Judex iis, qui, publica hæc fœdera

pro luſu & oblectamento quodammodo habentes, ex animi quadam inconſtantia dirimenda flagitant, nec gravem ſatis mutati affectus rationem afferre poſſunt. Verum ſi leviuſcula quædam dirimat conſponſos cauſa, vel calore iracundiæ potius, quam deliberato animo repudium petant, prius eos ſui officii admonere debet, omniaque tentare, ut ſibi invicem reconcilientur, *C. 2. C. 17. X. de Sponſal. & matrim.* & ſi hac via non procedat, ultra tempus legibus quarundam civitatum præfinitum protelantes nuptias indictis pœnis cogere debet. At ſi tanta animorum averſio in deſponſatis reperiatur, ut omnium amicorum interceſſione placari commotæ mentes nequeant, ut Judicis perſvaſione induci ad obſervandam fidem non poſſint, ut magis magisque alter alterius conſpectum horreat, fugiatque inauſpicatas nuptias, ne majus ſcandalum ex coacto & diſcorde futuro matrimonio oboriatur eccleſiæ, diſtractis publica auctoritate ex conſponſorum conſenſu ſponſalibus, poterit hæc eorum receſſio in patientia tolerari, *C. 2. X. de Sponſal. & matrim.*

Theologi conſentientes adducuntur.

§. XXXVII. Ne autem plane paradoxa, dum communem ſententiam impugnamus, propoſuiſſe videamur, alii, qui ejusdem ſententiæ ſunt, Dd. hic allegandi. Et quidem ex Theologis primo loco collocandus Nicol. Hemming. *Tr. de Conjug.* qui ſententiam ſuam his verbis exponit: *Si poſt legitimum conſenſum aliquid inter perſonas, quæ pactæ ſunt de nuptiis, intervenerit, quod offendit, hac via procedendum eſſe, judicio, ut primum audiatur, an uterque cupiat a pactione diſcedere, aut alteruter tantum. Si uterque cupit a pactione diſcedere, judex graviter reconciliationi, ſi modo ſpes ſit, ut tranquille cohabitent reconciliati, det operam. Verum ſi perſvaderi non poſſunt, ut conſumment promiſſionem legitime factam, judex quærat, an copula carnalis exceperit ſponſalia nec ne? Si non acceſſit, velim judicem non magnopere eſſe ſolicitum de cauſis offenſæ, intervenientibus, ſed ne quid deterius ex coactis nuptiis eveniat, permittere reſcindi contractum, ut imperfectum, ita tamen, ut juſtas pœnas fidei non ſervatæ ratione fortunarum & conditionis luant. At ſi forte copula intervenerit, matrimonium conſummatum eſt. &c.* Idem conſilium eſt Pauli Cypræi JCti *Tr. de Jur. Connub. cap. 13. §. 11. n. 4.* Pariter Bucer. *in Tr. de Regno Chriſti, cap. 19.* concludit: *Ab officio Principum non eſſe alienum facere facultatem ſponſis a promiſſo matrimonio*

monio recedendi, ob honestas & justas causas, maxime cum res integra est, & concubitus non accessit. Sicut enim, inquit, matrimonium verum non est inter eos, qui non conveniunt vera animorum consensione, pios Principes & hoc maxime spectare convenit atque procurare, ut nulla apud subditos eorum matrimonia sine hoc consensu & amore connectantur.

§. XXXVIII. Ex JCtis nostræ sententiæ subscribunt Brouwer. *cit. Tr. de Jur. Connub. Lib. 1. cap. 25. n 56. & seqq.* Idem asserit Harprecht. *Comm. ad Rubr. Instit. de Nupt. n. 52.* ubi dissolutionem sponsaliorum per mutuum consensum admittit, etiamsi juramento ea vallata sint. Add. Cypræus *Cap. 23. §. 11. num. 3. & §. 12. n. 2.* Dn. Schilter. *Exercit. 36. ad ff. th. 14.* ubi hanc ex Duareno regulam format: *Quoties justa aliqua ratio svadet, e re ipsorum contrahentium non fore conjunctionem, veluti quia periculum est forte, ne perpetuum inter eos odium atque dissidium sit, judex ad dissolvenda sponsalia, quam ad eos matrimonio jungendos, propensior esse debet.* Conf. idem *Institut. Juris Canon. Lib. 2. tit. 10. §. 51. & 52.* Nec displicuit hæc sententia illustri Dn. Godofredo de Jena, Ducatus hujus Cancellario eminentissimo *in Disp. de Sponsalibus, Heidelbergæ Anno 1653. habita, thes. 16.* Imo aliquoties in Consistorio Electori Brandenburgico, quod Berolini est, dimissos esse desponsatos, utrinque hoc desiderantes, ex variis constat præjudiciis. *JCtorum suffragia.*

§. XXXIX. Nec in effectu dissentiunt illi ex nostratibus, qui sponsalia de futuro mutuo consensu tolli posse, etiamsi sint jurata, lubentes concedunt, quod facit B. Chemnitius *Loc. Theol. de Conjug. Cap. 1. §. Hinc recte.* Kitzel. *in Synopf. Matrimon. C. 8. thes. ult. lit. k.* Joh. a Beust. *de Sponsal. §. 10. p. 13.* Conrad. Mauser. *ad Tit. de Nupt. p. m. 319.* Heigius *P. 2. qu. 16. n. 14.* Brunneman. *Jur. Eccles. Libr. 2. c. 16. §. 7.* Uti enim jam supra dictum, ostendi potest solida ratio, quare, si per verba futura jurato promiserim matrimonium, inde mihi non nascatur obligandi vis, quam si de præsenti sponsalia contraham, quod falsum præsuppositum, quo vulgo nituntur Dd. recte destruit Dn. Tarnov. *Tract. de Conjug. Lib. 1. cap. 83. §. 4.* quando dicit: *Verba de futuro aut pertinent ad sponsalia, aut non. Si prius, pariunt efficacem obligationem; omnis enim promissio illam parit, si non ex Jure Civili, certe Naturali: imo* *Sponsalia de futuro etiamsi jurata sint, mutuo consensu solvi posse, plerique fatentur.*

hæc verba, quia referuntur ad ipſum contractum ſponſaliorum, tanquam ad genus, actionem ex ſponſu cauſabuntur. Sin poſterius, male adhibentur. Quis ergo, ſi alias a ſponſalibus mutuo diſſenſu diſcedere nefas eſſet, impiam illam non pronunciaret ſententiam, quæ ſponſis diſcedendi licentiam facit, etiamſi ſolenni juramento ſponſus ſponſæ promiſerit, ſe illam ducturum in uxorem, quod tamen facit Chemnitius, Kitzelius, Beuſtius, & Moraliſtæ apud Pontificios ad unum fere omnes, allegati ſupra §. XXX. Nemo enim negabit, Deo hominique validam hic naſci obligationem, non ſine perjurii reatu violandam: nec video, unde fortior obligatio naſcatur, ſi verbis pauliſper mutatis ſponſus dicat: ego juro, me te ducere in uxorem, de quo ſupra abunde dictum.

Declaratur ſententia noſtra per caſus.

§. XL. Et ut hujus ſententiæ veritas eo magis in aprico ſit, & intempeſtivæ illæ compulſiones ad matrimonium conſummandum evitentur, ex recepta in Conſiſtoriis procedendi ratione caſum ſubſequentem hic proponere lubet: Javolenus cum Philoxena per biennium familiariter admodum converſatus, ut nemo, cui hæc familiaritas innotuit, aliam, quam factæ deſponſationis conjuncturam capere poſſet; nam ex tractatione tali ſponſalia colligi poſſe, in confeſſo apud Dd. eſt. Non ſubſtitit Javolenus in amica illa conſvetudine, ſed Philoxenam blandimentis eo adduxit, ut & corporis copiam hæc ipſi faceret; ſemel autem cum pudoris limites exceſſiſſet Philoxena, facilem ſe præbuit Javoleno in explenda ulterius libidine, donec furtivis his amoribus per multos menſes ad nauſeam continuatis, tandem uterum gerere, & illa publice ſtupri rea poſtulari cœperit. In jus ergo vocata Philoxena, non diſſimulat amoris ſocium Javolenum, & ut huic benedictione ſacerdotali jungatur, enixe petit. Javolenus negat, ſe ullam Philoxenæ de matrimonio ſpem feciſſe, quod & hæc tandem non diffitetur, urget tamen hæc nihilominus matrimonium; qualis hic a Conſiſtorio expectabitur ſententia? Sane abſolvetur Javolenus a matrimonio, & condemnabitur ad dotandam Philoxenam, & alendum partum. *Caſus 2.* Alter caſus eſt: Sempronius amorem Carfaniæ, ejusque conſortium conjugale, honeſta ratione ambit, mittendo proxenetas, interpellando parentes & cognatos, & tandem obtinendo deſponſationem

nem publicam, brevi autem post videt, Carfaniæ mores vivendique rationem sibi plane non convenire, cum nihil nec consilii, nec auxilii in dirigenda œconomia ab ipsa sperare possit, quo nomine tamen commendata ipsi erat Carfania: hæc quoque pariter advertit, rem familiarem Sempronii multis molestiis implicitam esse, sibique alio forte connubio melius consuli posse, & hinc uterque bona pace liberari a nexu sponsaliorum cupit, quid pronunciabitur in Consistorio? Certe ex recepta communi Dd. sententia, non aliam expectabunt, quam prout Scabinos Lipsienses pronunciasse relatum superius §. XV.

§. XLI. Jam si collatio instituatur inter hunc & præcedentem casum, quæritur, ubi majori compulsione opus fuisset, & ex qua Consistorii sententia majus scandalum nascatur. Illic sane Javolenus Philoxenam diu ut sponsam tractaverat, corporum communio interceſſerat, revera ut conjuges diu vixerant, sobolis quoque procreatio secuta; insuper Philoxena enixe urget, ut per matrimonii consummationem ab injuria liberetur, & innocenti quoque partui per legitimationem consulatur, sed tamen voti compos fieri nequit, quare? Quia verba ad matrimonium apta non interceſſerant, ergo non compellendus ad matrimonium; cum quo fere coincidit illud Thom. Tambur. *Theol. Moral. p. 439. n. 8. Si verba de præsenti non intervenient, etiamsi copula carnalis accesserit, non est matrimonium.* Verum posteriori casu, ubi verbis tantum peracta sunt omnia, ne quicquam fœdæ libidinis accessit, uterque etiam advertit, non consultam sibi esse matrimonii consummationem, eaque propter a Consistorio petunt permissionem repudii, compulsio adhibetur, & cum nullius partis læsio ex repudio hoc nascitur, sed potius metuatur grave utriusque damnum, tamen inviti conjunguntur. Quapropter perpendendum relinquimus, annon ad evitanda scandala consultius foret, stupratorem indistincte compellere ad ducendam stupratam, etiamsi matrimonium non promiserit, modo hæc honesta, & ipsum ad concubitum non induxerit. E contrario autem verbis tantum, qualitercunque etiam conceptis, desponsatos, si corporum communio non accesserit, & libera voluntate discedere cupiant, nulla vi constringere, sed libertatem ipsis, si Christiana admonitione ad matrimonium induci nequeat, ad alia vota convo-

Collatio utriusque casus.

Epicrisis.

convolandi indulgere. Satius enim eſt, futura matrimonii incommoda prævertere, quam hoc conſummato, rixis jurgiisque quotidianis, aliisque incommodis domeſticis, anſam ſuppeditare.

Declarantur præcedentia Reſponſo.

§. XLII. Quæ hucusque dicta de his, quæ circa diſſolutionem ſponſaliorum obſervanda, illa lucem accipient ex ſequenti Reſponſo Facultatis Hallenſ. *menſ. Novembr. Anno 1698.* Hat euer Sohn ſich mit Mevia auf vorher geſuchten und ertheilten Conſens ihrer Eltern und Anverwandten in Beyſeyn vornehmer Leute vor 6. Wochen öffentlich verlobet, und ſie ſich mit einander gewöhnlicher maßen beſchencket, auch zu Vollziehung ſolcher Heyrath durch Prieſterliche Copulation bereits ein gewiſſer Tag anberaumet geweſen, worauf ſich zugetragen, daß der Braut von übel geſinneten Leuten eine böſe Opinion von eurem Sohn beygebracht, als ſolte derſelbe auf Univerſitäten ſeine Zeit übel angewendet, und ſolche mehr mit Freſſen und Sauffen, auch andern liederlichen Händeln, als mit Studiren zugebracht haben, und er daher ſo viel nicht erlernet, daß er eine Frau ehrlich ernehren könnte, daher ſie einen Widerwillen gegen denſelben conteſtiret, und ſehr übel gethan, daß ſie ſich mit demſelben verlobet, auch gegen euren Sohn ſelbſt geſagt, ſie wolte wünſchen, daß ſie ihn nicht geſehen hätte, dadurch gedachter euer Sohn bewogen worden mit dieſen Worten heraus zu brechen: Wann es ihr leid wäre, ſo frage er auch nach ſie nicht, ſondern ſie möchte einen andern Bräutigam ſuchen, er wolte ſehen, wo er eine andere Braut bekäme, dadurch beyderſeits Gemüther dergeſtalt verändert worden, daß keiner von dem andern mehr hören, ſondern ein jeder von der getroffenen Verlobung befreyet ſeyn will, und jetzo gefragt wird:

Quæſtio.

Ob euer Sohn, da ihm Mevia einen ſchrifftlichen Revers geben will, daß ſie an ſeiner Perſon nichts zu prætendiren, ſondern er, ſeines Gefallens nach, eine andere heyrathen möchte, ohne Beſorgen der Conſiſtorial-Straffe ſich an einem andern Orte in ein Verlöbniß einzulaſſen befugt ſey?

Rationes dubitandi.

Wann nun gleich eingewandt werden möchte, daß euer Sohn ſich öffentlich mit der Mevia verlobet, dergeſtalt, daß alle Requiſita publicorum ſponſaliorum hieſelbſt verhanden, dieſe pure und

ſine

ſine ulla conditione per verba de præſenti geſchloſſen, von ſolcher Verbindlichkeit ſeynd, als wann bereits die Ehe vollzogen wäre, und daher, wann gleich eine juſta repudii cauſa vorhanden, ſo ſich doch allhier nicht befindet, indem die gantze Mißhelligkeit von einer unerwieſenen Plauderey herrühret, die Sache von dem Conſiſtorio vorher ordentlich unterſuchet und entſchieden werden müſte, welches doch denen uns berichteten Umſtänden nach euren Sohn mit der geſuchten anderweitigen Verlobung abweiſen, und ſie beyderſeits durch Gefängniß oder andere Zwangs-Mittel zu Vollziehung ſolcher Heyrath zwingen würde.

Weil aber dennoch ihr nebſt der Braut Vater bereits alle gütliche Mittel geſuchet, die Gemüther dieſer jungen Leute wieder zu vereinigen, iedoch ſolches nicht erhalten können, dabey auch ſowohl ihr, als der Braut Vater, wahrgenommen, daß keine vergnügte Ehe unter denenſelben zu hoffen, zumahlen da euer Sohn das Landleben durch Pachtung Adelicher Güter zu erwehlen entſchloſſen, Mevia aber zu dergleichen Haußhaltung niemahls erzogen, und er alſo wenig Aſſiſtence von ihr, ſondern vielmehr Schaden zu gewarten habe, und ihr Vater ſelbſten rathſamer befindet, ſeine Tochter an einen ſich von denen Studiis nehrenden, und nicht in weitläufftiger Haußhaltung lebenden Mann zu verheyrathen, auch bey obigen Umſtänden, da ſowohl der Verlobten, als ihrer Eltern und Anverwandten einmüthiger Wunſch dahin gehet, daß die Verlobung hinwieder getrennet, und beyde Theile in völlige Freyheit zu heyrathen hinwieder geſetzet werden möchten, denen Rechten nicht zuwider, daß ſie von einander geſchieden werden, weil die ex publicis ſponſalibus entſtehende Verbindlichkeit nur eigentlich dahin zielet, daß ein Theil wider des andern Willen nicht zurücke treten, ſondern zu Vollziehung der Heyrath gezwungen werden könne, jedoch dieſes zu Verhütung alles daraus entſtehenden Aergerniſſes nicht durch Privat-Reverſe oder Auffkündigung, ſondern durch Auctorität und Approbation des Conſiſtorii geſchehen muß. *Rationes decidendi.*

So ſind wir zwar der Meynung, daß, wenn die a Conſiſtorio nochmahls vorzunehmende gütliche Remonſtrationes nicht verfangen wollen, die Diſſolutio ſponſaliorum wohl erfolgen könne weil aber hiebey eine Leichtſinnigkeit mit unterläuffet, welche andern Verlobten ein Exempel zu böſer Nachfolge geben könte, und beyderſeits, *Deciſio.*

derſeits Eltern ihnen ſelbſt zu imputiren, daß ſie vor der Verlobung ſich von allen Umſtänden nicht beſſer informirer, ſo ſind daher beyde Theile über den Verluſt der gegebenen Mahl-Schätze, mit einer Geld-Buße zu milden Sachen, oder auch wohl einige Tage mit Gefängniß zu belegen. V. R. W.

Admonitio. §. XLIII. Plura adhuc pro confirmanda hac ſententia in medium adduci poſſent, quibus veritas ejus oſtendatur uberius. Verum hæc ſufficere exiſtimamus, & denuo monemus, unumquemvis deſponſatorum conſcientiam ſuam probe excutere debere, ne vano quodam prætextu fidei datæ remiſſionem ab altero petat, & animi levitate potius, quam ex juſta & fontica quadam cauſa diſcedat. Sane non omne, quod in nuptiis licet, mox honeſtum eſt, *L. 144. ff. de R. J. L. 14. §. 2. ff. de Rit. nupt.* Quapropter uti ſponſalia non niſi prius invocato Numine iniri debebant, ita poſtquam inita, Deus ſubmiſſe invocandus, ut animos ita dirigat, ne quicquam voluntati ipſius adverſum ſuſcipiatur.

SECTIO IV.

DE

CONCURSU SPONSALIORUM.

Ingreſſus.

De obligatione ex ſponſalibus. SAnctæ res connubium eſt, & ſi ullibi, hic ſane intemerata debet eſſe fides. Rem unam duobus vendidiſſe non extra reatum in jure eſt; quod ſi tamen poſterior nactus poſſeſſionem, priore potior eſt emtore, *L. Quoties. 15. C. de R. V.* Eapropter tamen obligatione non eximitur venditor, licet ab actione liberetur poſterior emtor: nec enim hic res vendita proprie

prie nexu obligationis affecta, ſed tantum perſonæ venditoris, *L. 3. ff. de O. & A.* Quapropter fidem, quam venditor primo emtori dedit, præſtare tenetur, utut rem amplius transferre non poſſit, ob nexum enim perſonalem ad intereſſe adſtringitur. Quod ſi tantus perſonæ nexus ex venditione eſt, longe major erit ex connubio vel deſponſatione. Notum enim vulgatum illud eſt: **Weiber nehmen, iſt kein Pferde-Kauff.** Hic quippe tanta cum efficacia ſe conſtringunt perſonæ ſponſorum, ut jus quoque in corpus mutuum Apoſtolo monitore *1. Cor. VII.* certo modo in ſe invicem transferant, qua obligatione ſemel contracta, nec Jus, nec fas alteri deſponſatorum ſupereſt, ab illo nexu proprio auſu ſe liberandi, & novos amores ambiendi. Cum vero nusquam tuta fides, & temeratores ſponſalitii fœderis pene multi reperiantur, qui non binis contenti ſponſalibus, ſed terna, quaterna ſæpius, malitioſe contrahant, ubi poſtea detecto ſcelere concurrunt ſponſæ, & una præ altera in amplexus ipſius venire, vel matrimonio ſibi pro expertis amoribus ſatisfieri cupit. Hinc lites non vulgares oriuntur, quænam ſponſalia præferenda, & pro qua ſponſa pronunciandum. Selegi hanc materiam, tanquam utilem & in foro, cui præcipue me addixi, ſcitu neceſſariam,

eamque ſolennis Diſputationis loco proponere placuit, a B. L. ſi non omnia ad palatum, veniam expectans certiſſimam. DEUS vero matrimoniorum Stator conatibus benedicat!

CAPUT I.
DE
DIVERSITATE SPONSALIORUM.

§. I.

Vocum explicatio hic ſuperflua.

SOlemne plerisque eſt themata propoſituris, curioſam vocum explicationem præmittere in anteceſſum, quo facilior tranſitus ſit ad intellectum ipſius materiæ, quod ipſum quoque a JCtis in Corpore Juris factitatum, res ipſa teſtatur. Quæ methodus utut laude ſua non careat, mihi tamen in præſenti nemo vertet vitio, ſi in vocabulis alibi toties expoſitis, hac opera ſuperſedero. Sponſaliorum enim derivationem tradidit JCtus *in L. 2. ff. de Sponſ. & ibi Dd.* Add. Alciat. *Lib. 1. diſp. 1.*

Concurſus quotuplex ſit?

num. 1. & ſupra hac de re actum eſt pluribus *Sect. 1. §. 6.* Concurſus vero Ἔτυμον notum & vulgatum eſt, cujus appellatio a JCtis præcipue in materia concurrentium creditorum circa bona obærati debitoris adhibetur, ubi quadruplicem conſtituunt concurſum, de quo legi meretur Franc. Salgad. de Somoz. *Labyr. Cred. L. 1. c. 1. n. 3.* Amat. Rodriqu. *de Concurſ. & Priv. Cred. p. 1. n. 2. ſeqq.* Occaſione vero hujus concurſus creditorum traducta appellatio ad concurſum ſponſaliorum, ſi ſponſus unus plura cum diverſis contraxerit ſponſalia, vel idem ſponſa fecerit, ubi poſtea concurſus vel ſponſarum vel ſponſorum exiſtit, & pari fere modo, ſicut plures concurrentes creditores ſolent, ſuper prioritate diſputant, quænam ſponſa potius jus circa perſonam ſponſi habeat, & cum qua perſona ſponſalia ſint conſummanda.

§. II.

§. II. Antequam vero de eo agamus, indoles ſponſalio- *Sponſalio-*
rum, eorumque diverſitas paucis exponenda, quippe conſtare *rum de-*
nunquam poteſt, quænam ſponſalia in concurſu præferenda, ſi *ſcriptio.*
de qualitate eorum antea non conſtiterit exacte. Sunt autem ſponſalia mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, *L. 1. ff. de Sponſ. C. Noſtrates. 30. qu. 5. Ledeſm. p. 4. qu. 45. Art.* Duaren. *in Tr. Solut. matrim. Tit. de Sponſ. c. 1.* Notanter dicitur *mentio & repromiſſio*, quia contractus ſponſaliorum conſtat mutua & reciproca promiſſione, alias ſponſalia non eſſent, uti conveniunt Dd. omnes ſine controverſia. Et licet Thomas Sanchez. *Lib. 1. de Sponſ. diſp. 5. qu. eſt. 2.* tradat, quod ſi quis fœminæ promitteret, ſe illam in uxorem ducturum; ipſe ſolus obligatus manere poſſit, ſine eo, quod fœmina maneat obligata, eum tamen refellit Gabriel Vaſquez. *Diſp. 4. de Matrim. c. 3.* exiſtimans, nunquam eſſe poſſe promiſſionem futuri matrimonii unilateralem, & ſine conditione repromiſſionis; & ex conſequenti, ſi unus promittat, neque alter repromittat tacite vel expreſſe, neutrum obligari; cui etiam aſſentit Baſil. Pontius *in Tract. de Sacram. matrim. Lib. 12. Cap. 4. n. 2.* Quia contractus, inquit, matrimonii eſt inſtar contractus cujusdam commutationis, & neceſſario in ſe continent mutuam obligationem utriusque, ita ut nemo vellet, nec velle poſſit ſe tradere, niſi ſub ea conditione, nec quisquam ex ſola declaratione intentionis hanc ducendi, **wenn er gleich um ſie ordentlich werben laſſe**, obligatur, niſi puella conſentiat, ut alter ſe ei mutuo tradat in compenſationem & obliget: igitur promiſſio futuri matrimonii non poteſt eſſe ſine conditione mutuæ promiſſionis.

§. III. Diſtingvuntur de JURE CANONICO (1) in ſpon- *Diverſi-*
ſalia de PRÆSENTI; (2) In ſponſalia de FUTURO, (quæ *tas ſpon-*
diſtinctio tamen Juri Civili eſt ignota, ubi omnia ſponſalia ſunt *ſaliorum.*
de futuro, & ſunt ſpes futurarum nuptiarum, *L. 6. ff. de Sponſal.*) Sed iſta Juris Canon. diviſio, in primis quatenus Canoniſtæ de futuro deſcribunt, uti infra occurret, minus toleranda, teſte Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 17. num. 4.* Sed potius ſponſalia ſecundnm Conſiſtoriorum obſervantiam diſtingvuntur in *pura*, ſine ulla conditione contracta, & *conditionata*, ubi conſenſus ſub certa conditione adhuc ſuſpenſus, illa iterum ſubdividuntur in

ſponſalia *publica & clandeſtina*; deinde in *jurata & injurata*, de quibus omnibus, quantum per anguſtiam temporis licuerit, ſigillatim in ſequentibus agendum erit.

Sponſalia de præſenti.

§. IV. Ut vero veſtigiis canoniſtarum primo inſiſtamus, ex horum ſententia ſponſalia de præſenti vulgo dicuntur, quæ per verba præſentis temporis, ſine ulla conditione contrahuntur, *C. pen. X. de Sponſ.* e. g. ego te in meam accipio, ego te in meum. Vel ſi quis promiſit, quod aliquam ab eo tempore pro conjuge habere, & ei ſicut uxori fidem ſuam ſervare velit; & mulier ſe illum pro marito habituram, & fidem ei tanquam viro proprio ſervaturam promittat, *C. Ex parte. 9. eod. tit.* & ita is fide data conſiſtit conſenſus, quando, etſi non ſtringat manum, corde tamen & ore conſentit ducere, & mutuo ſe concedunt unus alii, & ſe recipiunt, *C. 1. §. fin. X. de Sponſ.*

An ſponſa ſit uxor.

§. V. Et hæc ſponſalia de præſenti, quantum ad nexum inde oriundum, ſunt ipſæ nuptiæ, *C. 1. X. de Sponſ.* quæ de Jure Can. faciunt vacare beneficium a contrahente poſſeſſum. *Clem. Si de præb. in Clem. C. de multa de præb. Cap. Cum ſinguli. de præc. in ſext. C. 1. de Conſvet. Cap. Execrabilis. X. de Præb.* & hæc inter Canoniſtas in dubio præſumuntur, *C. 26. X. de Sponſ.* ejusmodi ſponſa etiam ſæpius uxor vocatur, ut *in C. 2. X. de Sponſa duor.* & mos eſt ſacræ ſcripturæ appellare uxores ſponſas, *Deuteron. c. XXII, v. 24.* Si quis ſponſam alterius in agro oppreſſerit, morte moriatur, quia uxorem alterius violavit. Sic *Luc. I, v. 27.* dicitur, angelum Gabrielem miſſum fuiſſe ad virginem μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ιωσὴφ, quam vocat conjugem & uxorem, *Matth. I. v. 20.* Conf. *L. Si ſponſa. ff. de Jure dot. L. Lex Julia. ff. de Fundo dotali. L. Aſſiduis. 22. §. 1. C. Qui pot. in pign. hab.* Franc. Molin. *de Ritu Nupt. Lib. 3. qu. 6. n. 44.* Tholoſan. *ad Jus Pontif. Tit. de Sponſ. c. 2. num. 25.* Imo hanc appellationem etiam ad ſponſam de futuro extendit Sanchez. *de Sponſal. Lib. 1. diſp. 1. num. 1.* Imo alii dicunt, nihil in effectu intereſſe, ſive ſponſa, ſive uxor ſit, cum ſponſalia de præſenti indiſſolubilia ſint, & pro matrimonio inchoato habeantur, cum conſenſus, non concubitus, faciat nuptias. *L. Nuptias. 30. ff. de R. J. L. Sufficit. ff. de Sponſ. L. Si donationem. C. de Nupt. C. Aliter. 30. qu. 5. C. Honorantur. 32. qu. 2.* & jura in uno loquentia, locum etiam in altero obtineant, *L. Si ſponſa. ff. de*

Jure

Digitized by Google

Jure dot. L. Tutor. §. 1. L. Oratio. ff. de Sponſ. C. Qui fuerit. ff. de Condit. & demonſtrat. Bartol. *in L. Cum pater. ff. ad Leg. Pompej. de Parricid.* Albert. Gentil. *in Tract. de Nupt. Lib. 2. cap. 23. poſt pr.* Nicol. Boër. *Deciſ. 22. num. & ſeqq.*

§. VI. Sic ſponſa adulterium committit, alteri copiam ſui faciens, *L. Si uxor. 13. §. Div. 3. ff. ad L. Jul. de Adult.* Berlich. *P. 4. concl. 27. n. 140. & ſeqq.* Heig. *Lib. 2. qu. 28. n. 16.* Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 184. num. 4. & 5.* & ſponſus ob id diſſolutionem ſponſaliorum petere, vel ſponſæ condonare, & eam recipere poteſt, *Novell. 13. cap. 10. verſ. adulteram. Auth. Sed hodie. C. ad Leg. Jul. de Adult. Conſtit. Elect. Sax. 9. p. 4.* Berlich. *P. 4. concl. 26. num. 149. Ordin. Eccleſ. Sax. ſub Rubr.* Von Eheſachen. *Tit.* Von der Straff der Unzucht und des Ehebruchs. §. Würde auch *& Ordin. Matrim. de Anno 1624. punct. 4. §.* Würde auch Jemand. *ibid.* Es wolte denn der Bräutigam die Braut wiederum annehmen. Sponſus etiam ob injuriam ſponſæ illatam, quippe quæ ad contumeliam ejus ſpectat, tanquam maritus injuriarum agit, *L. 15. §. 24. ff. de Injur.* modo injurians ſciverit, injuriatam ſponſam eſſe, per *L. 18. §. fin. ff. d. tit.* quanquam neceſſarium non ſit, ut in ſpecie ſciverit, cujus ſponſa ſit, *d. §. fin.* ſimpliciter enim in re illicita verſatur, & ſic de quovis eventu tenetur. Inſuper ſponſa quoque deſerta, pro conſequendis alimentis in bona ſponſi immittitur, quia ſi conjugium per copulam ſacerdotalem fuiſſet adimpletum & conſummatum, alimenta ei haud deneganda fuiſſent; alimentatio ſiquidem inter onera matrimonii refertur, quæ marito incumbunt. *L. Pro oneribus. 20. C. de Jur. dot.* Bartol. & Salycet. *in L. ult. §. Præterea. 2. C. cod. tit.* Petr. Surd. *de Aliment. tit. 1. quæſt. 42.* Carpz. *in Jurispr. Eccl. Lib. 2. def. 136. n. 7. & ſeqq.* qui *d. loc.* etiam præjudicium allegat, & quis tot paginas in recenſendis beneficiis, ſponſæ cum uxore communibus, conſumeret.

Sponſa committit adulterium.

Sponſo datur actio injuriarum.

Deſertæ ſponſæ debentur alimenta.

§. VII. Ceterum uti hæc conſectaria facile locum ſibi vindicent in ſponſalibus de præſenti, prout Canoniſtæ illa capiunt, ſcilicet ubi præſenti conſenſu ſe tradunt in matrimonium, ita apud nos hujus generis deſponſatio vix occurrit, niſi quando in actu copulationis ſacerdotalis fatentur publice, quod ſponſus ſponſam in uxorem, & hæc illum in maritum recipiat. Alias omnia

Quænam apud nos ſponſalia de præſenti?

mnia apud nos ſponſalia, quæ pure & ſine ulla conditione contrahuntur, nobis de præſenti dicuntur, cum tamen intuitu matrimonii ſemper futurum reſpiciat; inde, quando ante nuptias pacta dotalia conſcribuntur, vulgatiſſimus ille introitus eſt: Daß beyde Perſonen ſich einander die Ehe *per pacta de præſenti* biß auf Prieſterliche *Copulation* verſprochen, quæ ſatis innuunt, purum hic quidem adeſſe conſenſum ſponſalitium, ſed illum adhuc reſpicere matrimonium inpoſterum contrahendum: hinc tandem conſenſus ille matrimonialis accedit in ipſo actu deſponſationis ſacerdotalis, & conſummatur per conjunctionem corporum. *Vid. ſupr. Sect. 1. §. 20. & ſeqq.*

Sponſæ nondum gaudet jure uxoris.

§. VIII. Quapropter recte negat Tiraqu. *de Jure Connub. Gloſſ. 2. num. 19.* ſponſam uxorem eſſe, cum proprie illa uxor appelletur, quæ in viri ſui thalamum venit, Guttierrez. *de Matrim. cap. 1. num. 4.* quibus accedit Auguſt. Barboſ. ſponſam uxoris appellatione tantum in favorabilibus venire ſtatuens. *Tom. 2. Juris Pontif. p. 469. n. 11.* Licet nec hoc, quantum ad commoda ſtatutaria; univerſale ſit: nam de Jure Saxonico ex bonis ſponſi ſponſæve, ante nuptias ſeu conſcenſionem thalami defunctorum ſuperſtiti id non debetur, quod alias ex ſtatuto aut pactis dotalibus conjugi poſt thori conjugalis ingreſſum competit, *per Conſt. Elect. Sax. 19. p. 3.* & Carpz. *ad d. C. def. 1. n. 1. & 2. & ſeqq.* Schneidw. *ad pr. Inſt. de Hæred. quæ ab inteſtat. defer. ſub tit. de Succeſſ. inter vir. & uxor. num. 21.* Zobel. *P. 3. diſſert. 11. n. 3. & ſeqq.* Coler. *Part. 1. deciſ. 57. n. 58.* Carpz. *Lib. 6. Reſp. 62. n. 12.*

Nec ſuccedit Jure Saxonico.

Plures differentiæ.

§. IX. Hinc hodie adhuc obtinent illæ differentiæ, quas inter ſponſam & uxorem Jus Civile ſtatuit. E. G. ſponſa ſponſum lugere non tenetur, *per L. Uxores. 9. §. 1. ff. de His, qui not. infam.* & ſponſalia interdum permittuntur, ubi non permittitur matrimonium, *L. Si quis. 38. ff. de Ritu nupt.* vel etiam ſponſa eſſe poteſt, quæ uxor eſſe prohibetur, *per L. Solet. 10. ff. de His, qui not. infam.* Nec ſponſa concubitum pati, Tiraquell. *de Jure Mariti, Gloſſ. 2. num. 23.* Barboſ. *Tom. 2. p. 546. n. 7.* ner ſponſum vagantem ſequi tenetur, quia non cenſetur ante nuptias elegiſſe mariti domicilium, vel ſuum mutaſſe, *L. Ea, quæ deſponſata. ff. ad Municip.*

§. X.

Digitized by Google

§. X. Adſunt quoque adhuc alia inter nuptias & ſponſalia diſcrimina, tam in Jure Divino, quam Civili, & Canonico occurrentia, Carpz. *Lib. 5. R. 115. num. 13.* Subjicit tamen, quoad effectum conſortii ac ſocietatis indiſſolubilis, nullam ſupereſſe differentiam inter ſponſalia, & ipſum matrimonium, cum partes contrahentes utrinque ex amore & ardore propenſæ voluntatis magis matrimonium, quam ſponſalia contrahere voluiſſe videantur, *per Cap. Ex literis. 7. Cap. Tua nos. 26. ubi Gloſſ. & Dd. X. de Sponſal.* quod tamen non abſolute admittendum, cum nexus ille, ex unitate carnis reſultans, nondum acceſſerit, unde facilius repudio, quam divortio locus eſſe ſolet, de quo *vid. ſupr. Sect. 2. §. 3. ſeqq.* & tantum de ſponſalibus de præſenti. *An idem vinculum indiſſolubilitatis?*

§. XI. Sponſalia de FUTURO in Jure Can. dicuntur, quæ per verba futuri temporis contracta, & fides de matrimonio aliquando contrahendo ſaltem data, *C. 2. C. 5. C. Sicut ex literis 22. X. de Sponſal.* e. g. ego te accipiam in uxorem, ego te accipiam in virum. Tholoſ. *ad Jus Pontif. in Rubr. Tit. X. de Sponſ. num. 9.* & hæc ſponſalia facile diſſolvi poſſe volunt. *Vid. Dd. in C. 2. X. de Sponſ.* Nec ejusmodi ſponſalia generant proprie affinitatem, *L. Non facile § His itaque. verſ. Sciendum eſt. ff. de Grad & affin.* nec nurus, vel ſocer, vel noverca dici poſſunt, *L. Si qua mihi uxor fuit. 12. ff. de Rit. nupt.* licet improprie poſſint, propter ſpem matrimonii, quæ in ſponſa eſt, ut in *L. Labeo. 6. §. 1. L. Servius. 8. de Grad. & affin.* Tholoſan. *ad Tit. X. de Sponſ. c. 3. n. 33.* *Sponſalia de futuro quid ſint?*

§. XII. Tranſeunt tamen ſponſalia de futuro per copulam carnalem in ſponſalia de præſenti ſeu in matrimonium, *C. 30. X. de Sponſal.* Alagona *in Comp. Jur. Can. p. 566.* Ximen. *in Concord. p. 1. unt de & 2.* Covarr. *de Sponſ. P. 1. c. 4. §. 1. n. 2. cum ſeqq.* Tiraquell. *de Retract. Convent. ad fin. tit. num. 77.* Maſcard. *de Prob. Concl. 1027.* Menoch. *Lib. 3. præſumt. 1. n. 6. cum ſeqq.* Quod adeo verum eſt, ut etiamſi ſponſus præſente ſponſa & conſentiente proteſtatus eſſet, ſe nolle per hujusmodi copulam matrimonio conſentire, adhuc illud præſumatur ex eadem copula ſubſecuta poſt ſponſalia, quia proteſtatio facto contraria, uti reſolvunt Menoch. *L. 3. præſ. 1. n. 15.* Maſcard. *d. Concl. 1027. n. 11.* Guttier. *de Juram. confirm. p. 1. c. 51. n. 14.* Sic enim, quando quis unam ex pluribus ducturum ſe promittit, cognita poſtmodum carnaliter una ex illis, ſponſalia *Per copulam carnalem de præſenti.*

illa degenerant in matrimonium cum ea, Menoch. *d. Præſ. 1. n. 13 & 14.* Spin. *in Specul. Teſtam. Gloſſ 15. pr. 65.* Sanchez. *de Matr. Lib. 1. diſp. 26. n. 8.* Nullum enim videtur factum, aut melior conjectura conſenſus, quam ſi poſt ſponſalia ſponte ſe commiſceant; quia niſi ſponſum in eo facto maritalem animum habuiſſe exiſtimemus, oportet delictum grave contra divinum præceptum præſumere, & injuriam ſponſæ illatam; jubent enim divinæ & humanæ Leges dubia in meliorem partem interpretari, & delicti ſuſpicionem evitare, quoad fieri poteſt. *Matth. c. 7. Nolite judicare. L. Merito. ff. Proſocio. Bart. in L. Non ſolum. §. Sed ut probari. ff. de Nov. op. nunc.* Alciat. *de Præſumt. Reg. 3. præſ. 1.* Hippol. *ad L. 1. num. 68. C. de Sicar.* Roland *Lib. 2. Conſ. 11. n. 30.*.

An ſemper ex concubitu præſumatur matrimonium? Rationes dubitandi.

§. XIII. Hoc autem, quod concubitus inducat puram obligationem ad matrimonium, in terminis jam adductis intelligendum, ſi ſcil. præceſſerit deſponſatio: alias enim, ſi citra matrimonii promiſſionem fœmina illecebris inducat aliquem ad concubitum, inde non præſumendum eſt matrimonium, etiamſi paritas quædam perſonarum concurrat, quod ex notabili quodam caſu *d. 20. Auguſt. An. 1684.* a Facult. Jur. Francof. ſequenti ratione deciſio, apparebit: Ob wohl Beklagter die Copulam carnalem mit der Klägerin nicht in Abrede ſeyn kan, ſie auch einander an Stand und Condition nicht ungleich, indem ſie beyde von Adel, in welchem Fall ex copula carnali eine Præſumtio matrimonialis zu entſtehen pfleget, cum non animo fornicandi, ſed potius matrimonium contrahendi coiviſſe cenſeantur, Menoch. *Lib. 3. præſumt. 1. num 6.* Hiezu auch die Tractatio ſponſalitia kömmt, indem Beklagter öffters zu der Klägerin gekommen, und mit derſelben ſo familiair gelebet, daß auch andere dadurch zu ſolcher Heyrath zu gratuliren Urſach genommen, ex qua tractatione animus ſponſalia contrahendi elicitur, Alciat. *de Præſumt. Reg. 3. præſumt. 38. num 1.* und daher zum wenigſten entweder dem Beklagten das Juramentum purgatorium, oder der Klägerin das Juramentum ſuppletorium zuerkannt werden ſolle. Carpz. *Jurispr. Eccleſ. Lib. 3. def. 46. n. 14.* Weil aber dennoch (1) Beklagter zu der Zeit ſeinen Vater annoch am Leben gehabt, und alſo ohne deſſen Vorwiſſen und Einwilligung eine Verlobung vorzunehmen ihm nicht freygeſtanden, ſondern alles, was er dißfalls vorgenommen, ipſo jure null

Rationes decidendi.

und

und nichtig gewesen, §. 12. *Inst. de Nupt.* Hierzu auch (2) eine merckliche Disparitas personarum gekommen, immassen obwohl beyde von Adel seyn, Klägerin dennoch eine ziemliche bejahrte Wittwe, mit vielen Kindern, Beklagter hingegen ein junger Edelmann, damahls bey 22. Jahren, und also noch in seiner Minderjährigkeit, ja in würcklichen Krieges-Diensten gewesen, welcher durch solche Heyrath von aller zeitlichen Fortun entsetzet worden wäre. (3) Auch aus denen übergebenen und beschwornen Positionibus erhellet, daß Klägerin alle Mittel gesuchet, Beklagten zu gewinnen, und durch unverschämt-gegebene Anleitung ihn zum Beyschlaff zu bewegen, davon die Acta überall zur Gnüge zeugen, ja dieses einige zu Erweisung solcher Verleitung allein zureichend, daß sie ihn in den Garten geführet, sich daselbst nieder geleget, und zum Beyschlaff Anlaß gegeben. (4) Die Rechte nicht zulassen, daß aus solcher callida & fraudulenta inductione ad actus venereos Jemand ein Vortheil zuwachsen könne; Cum dolus suus nemini debeat patrocinari, *C. 12. in fin. X. de Cler. non resid.* (5) Wie denn insonderheit die Churfürstliche Brandenburgische Consistorial-Ordnung *Tit. 62.* nicht will, daß dergleichen Personen, so andere zum Beyschlaff verleiten, einige Ansprache wegen der Heyrath, oder andere Abfindung verstattet werden soll. Und also (6) die sonst ex copula carnali entstehende Præsumtio matrimonii allhie gäntzlich cessiret, theils weil Klägerin wohl gewust, daß Beklagter nicht sui juris, und also sich ohne väterlichen Consens ehelich nicht verbinden können, utut ergo præcesserint sponsalia, si tamen illa sint nulla ob justum impedimentum, non præsumitur ex coitu animus matrimonium contrahendi, Menoch. *Lib. 3. præs. 1. num. 27.* theils sie ihn zu solchem Beyschlaff verleitet, und also die limites einer honetten Wittwen überschritten. (6) Daher auch die Tractatio bey so bewandten Umständen nicht pro sponsalitia, sondern pro concubinaria zu achten, weil aus der von einer bejährten Frau einem jungen Menschen gegebenen Anreitzung keine honesta intentio, sondern animus explendæ libidinis geschlossen werden können. Unde Dd. concludunt, quod tractatus matrimonialis non inducat signum matrimonii, quando initium fuit concubinatus, Menoch. *d. Præsumt. 1. n. 38. in fin.* Et ubi est disparitas evidens inter personas, non matrimonium, sed concubinatus præsumitur, Mascard. *de Prob. Vol. 1.*

Concl. 301. n. 8. Weßhalb (8) allhie die Præſumtio pro matrimonio gäntzlich eludiret worden, ceſſante vero præſumtione, ceſſat juramentum purgatorium, Brunnem. *J. Eccleſ. lib. 3. cap. 5. §. 1. in fin.* Carpz. *Lib. 3. def. 47.* Vielweniger kan (9) das Juramentum ſuppletorium ſtatt finden, als welches in matrimonialibus ander geſtalt nicht zugelaſſen wird, quam ſi plus quam ſemiplene probatum, Hilliger *in Donell. Lib. 24. c. 19. lit. y.* So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß es bey dem am 17. April. An. 1683. eröffneten Urthel zu laſſen, und ihr nach Anleitung deſſelben ohne Abſtattung einiges Eydes von der Klage zu abſolviren ſeyd. V. R. W.

Deciſio.

Hodie non ex verbis diſtingvuntur.

§. XIV. Ceterum hoc ſenſu hanc diſtinctionem ſponſaliorum Juris Canonici apud noſtrates receptam eſſe, negat *B. Lutherus in Libell.* Von Eheſachen. propterea quod apud Germanos non ſit talis loquendi conſvetudo, quodque ſub prætextu & confuſione verborum iſtorum multa vera diſtraherentur conjugia, Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 17. n. 4.* de quo vid. ſupra *Sect. 1. §. 24. ſeqq.*

Conditionata dicuntur de futuro.

§. XV. Sed a noſtratibus ſponſalia potius CONDITIONATA pro futuris reputari, teſtatur idem Carpzov. *Lib. 3. R. 109. n. 4.* Veluti quando adjicitur conditio: ſi mei gratia triennium expectare velis, nunc te accipiam in conjugem. Aut quando Laban filiam ſuam Rachelem Jacobo deſpondet, ſub conditione ſeptennalis ſervitii, *Gen. XXIX. v. 18.* vel Boaz Ruthæ promittit conjugium ſub hac conditione, ſi propinquior eam ducere nolit, *Ruth. III. v. 13. &c.* Variæ autem ſunt conditiones, quæ contrahi ſponſaliorum, ſicut & matrimonio adjici poſſunt, Carpzov. *Jurispr. Conſiſtor. Lib. 2. def. 22. num. 1.* Aliæ enim ſunt neceſſariæ, aliæ contingentes, aliæ poſſibiles, aliæ impoſſibiles, aliæ honeſtæ, aliæ turpes ſeu moraliter impoſſibiles, de quibus ſingulis, pro dilucidatione materiæ, pauca.

Conditiones variæ.

De conditionibus neceſſariis.

§. XVI. Si ſponſalibus adjiciatur conditio neceſſario futura, v. gr. ſi ſol oriatur cras, æque valida ſunt, ac ſi nulla conditio adhibita eſſet: quia ratione vinculi obligationis pro impleta hæc conditio reputatur. Idem quoque dicendum de conditionibus in præteritum vel præſens collatis: e. g. *Si pater meus mortuus jam eſt, ducam te in uxorem*, quæ enim per rerum naturam ſunt certa, non morantur obligationem, etiamſi apud nos ſint incer-

ta,

Digitized by Google

ta. §. 6. *Inſt. de V. O.* Nemo tamen tenetur eâ ſponſalia exequi, antequam conſtiterit de morte patris; quia eſto, illam conditionem non ſuſpendere ſponſalium obligationem, ſuſpendit tamen eorum executionem, donec de veritate conditionis certi ſimus.

§. XVII. Conditiones contingentes poſſibiles, & honeſtas optime ſponſalibus adjici, tradunt Sanchez. *de Sponſal. Lib. 5. diſp. 8.* Baſil. Ponce *de Sponſal. Lib. 3. cap. 13. & Lib. 21. cap. 7. num. 1.* veluti: Si pater conſenſerit: Si religionem Chriſtianam fueris amplexus, Carpz. *d. Def. 22. n. 4.* Et licet illa promiſſio, quousque conditio pendet, non conſtituat ſponſalia, quia non inducit obligationem matrimonii contrahendi, inducit tamen obligationem abſolutam expectandi conditionis eventum; conditione autem non exiſtente, nihil videtur promiſſum, adeo ut pœnitere liceat, *Cap. un. X. de Sponſal. in 6to. Cap. De illis. 3. & Cap. Super eo. 5. X. de Condit. appoſ.* Joh. Gerh. *in Loc. de Conjug. §. 132.* vid. ſupr. *Sect. 2. §. 24.* *Conditiones honeſtæ.*

§. XVIII. Impoſſibiles vero conditiones & turpes, e. gr. ſi cœlum digito attigeris, vel ſi te adulterandam dederis, &c. an in favorem matrimonii vel ſponſaliorum pro non adjectis habendæ ſint, diſputant acerrime Dd. Quidam aſſerunt, ejusmodi conditiones a matrimonio excludi, & pro non adjectis haberi, ob illius favorem, per *Cap. fin. X. de Condit. appoſ.* Sanchez. *de Sponſ. Lib. 5. diſp. 17. n. 2. & ib. cit. Dd.* & hinc etiam has conditiones rejici a ſponſalibus eo, quod ſponſalia ſint diſpoſitio & via ad matrimonium, ac proinde quicquid diſpoſitum in matrimonio, etiam in ſponſalibus cenſeri debet diſpoſitum, per *L. Oratio. ff. de Sponſal.* Alii autem ſpectato Juris rigore verius reputant, conditiones impoſſibiles vitiare ſponſaliorum contractum, ut docet Rebell. *Lib. 2. de Sponſal. cap. 7. n 3.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. Q. 47. Art. 5. ad fin.* Alii vero impoſſibiles pro non adjectis habent in favorem matrimonii, ut rata judicentur ſponſalia, *C. ult. in fin. X. de Condit. appoſ.* Beſold. *in Diſcurſ. de Nupt. cap. 6. num. 7. pag. 26.* Harpr. *ad Rubr. Inſt. de Nupt. num. 27.* Sed priorem ſententiam veriorem eſſe, nec ullam obligationem ſponſalitiam contrahi, ſi impoſſibilis conditio adjecta, probatum eſt ſuperius *Sect. 2. §. 12.* *De conditione impoſſibili.*

convolandi indulgere. Satius enim eſt, futura matrimonii incommoda prævertere, quam hoc conſummato, rixis jurgiisque quotidianis, aliisque incommodis domeſticis, anſam ſuppeditare.

Declarantur præcedentia Reſponſo.

§. XLII. Quæ hucusque dicta de his, quæ circa diſſolutionem ſponſaliorum obſervanda, illa lucem accipient ex ſequenti Reſponſo Facultatis Hallenſ. *menſ. Novembr. Anno 1698.* Hat euer Sohn ſich mit Mevia auf vorher geſuchten und ertheilten Conſens ihrer Eltern und Anverwandten in Beyſeyn vornehmer Leute vor 6. Wochen öffentlich verlobet, und ſie ſich mit einander gewöhnlicher maßen beſchencket, auch zu Vollziehung ſolcher Heyrath durch Prieſterliche Copulation bereits ein gewiſſer Tag anberaumet geweſen, worauf ſich zugetragen, daß der Braut von übel geſinneten Leuten eine böſe Opinion von eurem Sohn beygebracht, als ſolte derſelbe auf Univerſitäten ſeine Zeit übel angewendet, und ſolche mehr mit Freſſen und Sauffen, auch andern liederlichen Händeln, als mit Studiren zugebracht haben, und er daher ſo viel nicht erlernet, daß er eine Frau ehrlich ernehren könnte, daher ſie einen Widerwillen gegen denſelben conceſtiret, und ſehr übel gethan, daß ſie ſich mit demſelben verlobet, auch gegen euren Sohn ſelbſt geſagt, ſie wolte wünſchen, daß ſie ihn nicht geſehen hätte, dadurch gedachter euer Sohn bewogen worden mit dieſen Worten heraus zu brechen: Wann es ihr leid wäre, ſo frage er auch nach ſie nicht, ſondern ſie möchte einen andern Bräutigam ſuchen, er wolte ſehen, wo er eine andere Braut bekäme, dadurch beyderſeits Gemüther dergeſtalt verändert worden, daß keiner von dem andern mehr hören, ſondern ein jeder von der getroffenen Verlobung befreyet ſeyn will, und jetzo gefragt wird:

Quæſtio.

Ob euer Sohn, da ihm Mevia einen ſchrifftlichen Revers geben will, daß ſie an ſeiner Perſon nichts zu prætendiren, ſondern er, ſeines Gefallens nach, eine andere heyrathen möchte, ohne Beſorgen der Conſiſtorial-Straffe ſich an einem andern Orte in ein Verlöbniß einzulaſſen befugt ſey?

Rationes dubitandi.

Wann nun gleich eingewandt werden möchte, daß euer Sohn ſich öffentlich mit der Mevia verlobet, dergeſtalt, daß alle Requiſita publicorum ſponſaliorum hieſelbſt verhanden, dieſe pure und ſine

ſine ulla conditione per verba de præſenti geſchloſſen, von ſolcher Verbindlichkeit ſeynd, als wann bereits die Ehe vollzogen wäre, und daher, wann gleich eine juſta repudii cauſa vorhanden, ſo ſich doch allhier nicht befindet, indem die gantze Mißhelligkeit von einer unerwieſenen Plauderey herrühret, die Sache von dem Conſiſtorio vorher ordentlich unterſuchet und entſchieden werden müſte, welches doch denen unsberichteten Umſtänden nach euren Sohn mit der geſuchten anderweitigen Verlobung abweiſen, und ſie beyderſeits durch Gefängniß oder andere Zwangs-Mittel zu Vollziehung ſolcher Heyrath zwingen würde.

Weil aber dennoch ihr nebſt der Braut Vater bereits alle gütliche Mittel geſuchet, die Gemüther dieſer jungen Leute wieder zu vereinigen, iedoch ſolches nicht erhalten können, dabey auch ſowohl ihr, als der Braut Vater, wahrgenommen, daß keine vergnügte Ehe unter denenſelben zu hoffen, zumahlen da euer Sohn das Landleben durch Pachtung Adelicher Güter zu erwehlen entſchloſſen, Mevia aber zu dergleichen Haußhaltung niemahls erzogen, und er alſo wenig Aſſiſtence von ihr, ſondern vielmehr Schaden zu gewarten habe, und ihr Vater ſelbſten rathſamer befindet, ſeine Tochter an einen ſich von denen Studiis nehrenden, und nicht in weitläufftiger Haußhaltung lebenden Mann zu verheyrathen, auch bey obigen Umſtänden, da ſowohl der Verlobten, als ihrer Eltern und Anverwandten einmüthiger Wunſch dahin gehet, daß die Verlobung hinwieder getrennet, und beyde Theile in völlige Freyheit zu heyrathen hinwieder geſetzet werden möchten, denen Rechten nicht zuwider, daß ſie von einander geſchieden werden, weil die ex publicis ſponſalibus entſtehende Verbindlichkeit nur eigentlich dahin zielet, daß ein Theil wider des andern Willen nicht zurücke treten, ſondern zu Vollziehung der Heyrath gezwungen werden könne, jedoch dieſes zu Verhütung alles daraus entſtehenden Aergerniſſes nicht durch Privat-Reverſe oder Auffkündigung, ſondern durch Auctorität und Approbation des Conſiſtorii geſchehen muß. *Rationes decidendi.*

So ſind wir zwar der Meynung, daß, wenn die a Conſiſtorio nochmahls vorzunehmende gütliche Remonſtrationes nicht verfangen wollen, die Diſſolutio ſponſaliorum wohl erfolgen könne weil aber hiebey eine Leichtſinnigkeit mit unterläuffet, welche andern Verlobten ein Exempel zu böſer Nachfolge geben könte, und beyderſeits, *Deciſio.*

derſeits Eltern ihnen ſelbſt zu imputiren, daß ſie vor der Verlobung ſich von allen Umſtänden nicht beſſer informirer, ſo ſind daher beyde Theile über den Verluſt der gegebenen Mahl-Schätze, mit einer Geld-Buße zu milden Sachen, oder auch wohl einige Tage mit Gefängniß zu belegen. V. R. W.

Admonitio. §. XLIII. Plura adhuc pro confirmanda hac ſententia in medium adduci poſſent, quibus veritas ejus oſtendatur uberius. Verum hæc ſufficere exiſtimamus, & denuo monemus, unumquemvis deſponſatorum conſcientiam ſuam probe excutere debere, ne vano quodam prætextu fidei datæ remiſſionem ab altero petat, & animi levitate potius, quam ex juſta & ſontica quadam cauſa diſcedat. Sane non omne, quod in nuptiis licet, mox honeſtum eſt, *L. 144. ff. de R. J. L. 14. §. 2. ff. de Rit. nupt.* Quapropter uti ſponſalia non niſi prius invocato Numine iniri debebant, ita poſtquam inita, Deus ſubmiſſe invocandus, ut animos ita dirigat, ne quicquam voluntati ipſius adverſum ſuſcipiatur.

SECTIO IV.

DE CONCURSU SPONSALIORUM.

Ingreſſus.

De obligatione ex ſponſalibus. SAncta res connubium eſt, & ſi ullibi, hic ſane intemerata debet eſſe fides. Rem unam duobus vendidiſſe non extra reatum in jure eſt; quod ſi tamen poſterior nactus poſſeſſionem, priore potior eſt emtore, *L. Quoties. 15. C. de R. V.* Eapropter tamen obligatione non eximitur venditor, licet ab actione liberetur poſterior emtor: nec enim hic res vendita proprie

prie nexu obligationis affecta, ſed tantum perſonæ venditoris, *L. 3. ff. de O. & A.* Quapropter fidem, quam venditor primo emtori dedit, præſtare tenetur, utut rem amplius transferre non poſſit, ob nexum enim perſonalem ad intereſſe adſtringitur. Quod ſi tantus perſonæ nexus ex venditione eſt, longe major erit ex connubio vel deſponſatione. Notum enim vulgatum illud eſt: **Weiber nehmen, iſt kein Pferde-Kauff.** Hic quippe tanta cum efficacia ſe conſtringunt perſonæ ſponſorum, ut jus quoque in corpus mutuum Apoſtolo monitore *1. Cor. VII.* certo modo in ſe invicem transferant, qua obligatione ſemel contracta, nec Jus, nec fas alteri deſponſatorum ſupereſt, ab illo nexu proprio auſu ſe liberandi, & novos amores ambiendi. Cum vero nusquam tuta fides, & temeratores ſponſalitii fœderis pene multi reperiantur, qui non binis contenti ſponſalibus, ſed terna, quaterna ſæpius, malitioſe contrahant, ubi poſtea detecto ſcelere concurrunt ſponſæ, & una præ altera in amplexus ipſius venire, vel matrimonio ſibi pro expertis amoribus ſatisfieri cupit. Hinc lites non vulgares oriuntur, quænam ſponſalia præferenda, & pro qua ſponſa pronunciandum. Selegi hanc materiam, tanquam utilem & in foro, cui præcipue me addixi, ſcitu neceſſariam,

eamque ſolennis Diſputationis loco proponere placuit, a B. L. ſi non omnia ad palatum, veniam expectans certiſſimam. DEUS vero matrimoniorum Stator conatibus benedicat!

CAPUT I.
DE
DIVERSITATE SPONSALIORUM.

§. I.

Vocum explicatio hic ſuperflua.

SOlemne plerisque eſt thema propoſituris, curioſam vocum explicationem præmittere in anteceſſum, quo facilior tranſitus ſit ad intellectum ipſius materiæ, quod ipſum quoque a JCtis in Corpore Juris factitatum, res ipſa teſtatur. Quæ methodus utut laude ſua non careat, mihi tamen in præſenti nemo vertet vitio, ſi in vocabulis alibi toties expoſitis, hac opera ſuperſedero. Sponſaliorum enim derivationem tradidit JCtus *in L. 2. ff. de Sponſ. & ibi Dd.* Add. Alciat. *Lib. 1. diſp. 1.*

Concurſus quotuplex ſit?

num. 1. & ſupra hac de re actum eſt pluribus *Sect. 1. §. 6.* Concurſus vero Ετυμον notum & vulgatum eſt, cujus appellatio a JCtis præcipue in materia concurrentium creditorum circa bona obærati debitoris adhibetur, ubi quadruplicem conſtituunt concurſum, de quo legi meretur Franc. Salgad. de Somoz. *Labyr. Cred. L. 1. c. 1. n. 3.* Amat. Rodriqu. *de Concurſ & Priv. Cred. p. 1. n. 2. ſeqq.* Occaſione vero hujus concurſus creditorum traducta appellatio ad concurſum ſponſaliorum, ſi ſponſus unus plura cum diverſis contraxerit ſponſalia, vel idem ſponſa fecerit, ubi poſtea concurſus vel ſponſarum vel ſponſorum exiſtit, & pari fere modo, ſicut plures concurrentes creditores ſolent, ſuper prioritate diſputant, quænam ſponſa potius jus circa perſonam ſponſi habeat, & cum qua perſona ſponſalia ſint conſummanda.

§. II.

Digitized by Google

§. II. Antequam vero de eo agamus, indoles ſponſalio- *Sponſalio-*
rum, eorumque diverſitas paucis exponenda, quippe conſtare *rum de-*
nunquam poteſt, quænam ſponſalia in concurſu præferenda, ſi *ſcriptio.*
de qualitate eorum antea non conſtiterit exacte. Sunt autem ſponſalia mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, *L. 1. ff. de Sponſ. C. Noſtrates. 30. qu. 5. Ledeſm. p. 4. qu. 45. Art.* Duaren. *in Tr. Solut. matrim. Tit. de Sponſ. c. 1.* Notanter dicitur *mentio & repromiſſio*, quia contractus ſponſaliorum conſtat mutua & reciproca promiſſione, alias ſponſalia non eſſent, uti conveniunt Dd. omnes ſine controverſia. Et licet Thomas Sanchez. *Lib. 1. de Sponſ. diſp. 5. queſt. 2.* tradat, quod ſi quis fœminæ promitteret, ſe illam in uxorem ducturum; ipſe ſolus obligatus manere poſſit, ſine eo, quod fœmina maneat obligata, eum tamen refellit Gabriel Vaſquez. *Diſp. 4. de Matrim. c. 3.* exiſtimans, nunquam eſſe poſſe promiſſionem futuri matrimonii unilateralem, & ſine conditione repromiſſionis; & ex conſequenti, ſi unus promittat, neque alter repromittat tacite vel expreſſe, neutrum obligari; cui etiam aſſentit Baſil. Pontius *in Tract. de Sacram. matrim. Lib. 12. Cap. 4. n. 2.* Quia contractus, inquit, matrimonii eſt inſtar contractus cujusdam commutationis, & neceſſario in ſe continent mutuam obligationem utriusque, ita ut nemo vellet, nec velle poſſit ſe tradere, niſi ſub ea conditione, nec quisquam ex ſola declaratione intentionis hanc ducendi, wenn er gleich um ſie ordentlich werben laſſe, obligatur, niſi puella conſentiat, ut alter ſe ei mutuo tradat in compenſationem & obliget: igitur promiſſio futuri matrimonii non poteſt eſſe ſine conditione mutuæ promiſſionis.

§. III. Diſtingvuntur de JURE CANONICO (1) in ſpon- *Diverſi-*
ſalia de PRÆSENTI; (2) In ſponſalia de FUTURO, (quæ *tas ſpon-*
diſtinctio tamen Juri Civili eſt ignota, ubi omnia ſponſalia ſunt *ſaliorum.*
de futuro, & ſunt ſpes futurarum nuptiarum, *L. 6. ff. de Sponſal.*) Sed iſta Juris Canon. diviſio, in primis quatenus Canoniſtæ de futuro deſcribunt, uti infra occurret, minus toleranda, teſte Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 17. num. 4.* Sed potius ſponſalia ſecundum Conſiſtoriorum obſervantiam diſtingvuntur in *pura*, ſine ulla conditione contracta, & *conditionata*, ubi conſenſus ſub certa conditione adhuc ſuſpenſus, illa iterum ſubdividuntur in

sponsalia *publica & clandestina*; deinde in *jurata & injurata*, de quibus omnibus, quantum per angustiam temporis licuerit, sigillatim in sequentibus agendum erit.

Sponsalia de præsenti.

§. IV. Ut vero vestigiis canonistarum primo insistamus, ex horum sententia sponsalia de præsenti vulgo dicuntur, quæ per verba præsentis temporis, sine ulla conditione contrahuntur, *C. pen. X. de Sponsa.* e. g. ego te in meam accipio, ego te in meum. Vel si quis promisit, quod aliquam ab eo tempore pro conjuge habere, & ei sicut uxori fidem suam servare velit; & mulier se illum pro marito habituram, & fidem ei tanquam viro proprio servaturam promittat, *C. Ex parte. 9. eod. tit.* & ita is fide data consistit consensus, quando, etsi non stringat manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alii, & se recipiunt, *C. 1. §. fin. X. de Sponsa.*

An sponsa sit uxor.

§. V. Et hæc sponsalia de præsenti, quantum ad nexum inde oriundum, sunt ipsæ nuptiæ, *C. 1. X. de Sponsa.* quæ de Jure Can. faciunt vacare beneficium a contrahente possessum. *Clem. Si de præb. in Clem. C. de multa de præb. Cap. Cum singuli. de præc. in sext. C. 1. de Consuet. Cap. Execrabilis. X. de Præb.* & hæc inter Canonistas in dubio præsumuntur, *C. 26. X. de Sponsa.* ejusmodi sponsa etiam sæpius uxor vocatur, ut *in C. 2. X. de Sponsa duor.* & mos est sacræ scripturæ appellare uxores sponsas, *Deuteron. c. XXII, v. 24.* Si quis sponsam alterius in agro oppressérit, morte moriatur, quia uxorem alterius violavit. Sic *Luc. I, v. 27.* dicitur, angelum Gabrielem missum fuisse ad virginem μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, quam vocat conjugem & uxorem, *Matth. I. v. 20.* Conf. *L. Si sponsa. ff. de Jure dot. L. Lex Julia. ff. de Fundo dotali. L. Assiduis. 22. §. 1. C. Qui pot. in pign. hab.* Franc. Molin. *de Ritu Nupt. Lib. 3. qu. 6. n. 44.* Tholosan. *ad Jus Pontif. Tit. de Sponsa. c. 2. num. 25.* Imo hanc appellationem etiam ad sponsam de futuro extendit Sanchez. *de Sponsal. Lib. 1. disp. 1. num. 1.* Imo alii dicunt, nihil in effectu interesse, sive sponsa, sive uxor sit, cum sponsalia de præsenti indissolubilia sint, & pro matrimonio inchoato habeantur, cum consensus, non concubitus, faciat nuptias. *L. Nuptias. 30. ff. de R. J. L. Sufficit. ff. de Sponsa. L. Si donationem. C. de Nupt. C. Aliter. 30. qu. 5. C. Honorantur. 32. qu. 2.* & jura in uno loquentia, locum etiam in altero obtineant, *L. Si sponsa. ff. de Jure*

Digitized by Google

Jure dot. L. Tutor. §. 1. L. Oratio. ff. de Sponſ. C. Qui ſuerit. ff. de Condit. & demonſtrat. Bartol. *in L. Cum pater. ff. ad Leg. Pompej. de Parricid.* Albert. Gentil. *in Tract. de Nupt. Lib. 2. cap. 23. poſt pr.* Nicol. Boër. *Deciſ. 22. num. & ſeqq.*

§. VI. Sic ſponſa adulterium committit, alteri copiam ſui faciens, *L. Si uxor. 13. §. Div. 3. ff. ad L. Jul. de Adult.* Berlich. *P. 4. concl. 27. n. 140. & ſeqq.* Heig. *Lib. 2. qu. 28. n. 16.* Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 184. num. 4. & 5.* & ſponſus ob id diſſolutionem ſponſaliorum petere, vel ſponſæ condonare, & eam recipere poteſt, *Novell. 13. cap. 10. verſ. adulteram. Auth. Sed hodie. C. ad Leg. Jul. de Adult. Conſtit. Elect. Sax. 19. p. 4.* Berlich. *P. 4. concl. 26. num. 149. Ordin. Eccleſ. Sax. ſub Rubr.* Von Eheſachen. *Tit.* Von der Straff der Unzucht und des Ehebruchs. §. Würde auch *& Ordin. Matrim. de Anno 1624. punct. 4. §.* Würde auch Jemand. *ibid.* Es wolte denn der Bräutigam die Braut wiederum annehmen. Sponſus etiam ob injuriam ſponſæ illatam, quippe quæ ad contumeliam ejus ſpectat, tanquam maritus injuriarum agit, *L. 15. §. 24. ff. de Injur.* modo injurians ſciverit, injuriatam ſponſam eſſe, per *L. 18. §. fin. ff. d. tit.* quanquam neceſſarium non ſit, ut in ſpecie ſciverit, cujus ſponſa ſit, *d. §. fin.* ſimpliciter enim in re illicita verſatur, & ſic de quovis eventu tenetur. Inſuper ſponſa quoque deſerta, pro conſequendis alimentis in bona ſponſi immittitur, quia ſi conjugium per copulam ſacerdotalem fuiſſet adimpletum & conſummatum, alimenta ei haud deneganda fuiſſent; alimentatio ſiquidem inter onera matrimonii refertur, quæ marito incumbunt. *L. Pro oneribus. 20. C. de Jur. dot.* Bartol. & Salycet. *in L. ult. §. Præterea. 2. C. cod. tit.* Petr. Surd. *de Aliment. tit. 1. quæſt. 42.* Carpz. *in Jurispr. Eccl. Lib. 2. def. 136. n. 7. & ſeqq.* qui *d. loc.* etiam præjudicium allegat, & quis tot paginas in recenſendis beneficiis, ſponſæ cum uxore communibus, conſumeret.

Sponſa committit adulterium.

Sponſo datur actio injuriarum.

Deſertæ ſponſæ demittitur alimenta.

§. VII. Ceterum uti hæc conſectaria facile locum ſibi vindicent in ſponſalibus de præſenti, prout Canoniſtæ illa capiunt, ſcilicet ubi præſenti conſenſu ſe tradunt in matrimonium, ita apud nos hujus generis deſponſatio vix occurrit, niſi quando in actu copulationis ſacerdotalis fatentur publice, quod ſponſus ſponſam in uxorem, & hæc illum in maritum recipiat. Alias omnia

Quænam apud nos ſponſalia de præſenti?

mnia apud nos ſponſalia, quæ pure & ſine ulla conditione contrahuntur, nobis de præſenti dicuntur, cum tamen intuitu matrimonii ſemper futurum reſpiciat; inde, quando ante nuptias pacta dotalia conſcribuntur, vulgatiſſimus ille introitus eſt: Daß beyde Perſonen ſich einander die Ehe *per pacta de præſenti* biß auf Prieſterliche *Copulation* verſprochen, quæ ſatis innuunt, purum hic quidem adeſſe conſenſum ſponſalitium, ſed illum adhuc reſpicere matrimonium inpoſterum contrahendum; hinc tandem conſenſus ille matrimonialis accedit in ipſo actu deſponſationis ſacerdotalis, & conſummatur per conjunctionem corporum. *Vid. ſupr. Sect. 1. §. 20. & ſeqq.*

Sponſæ nondum gaudet jure uxoris.

§. VIII. Quapropter recte negat Tiraqu. *de Jure Connub. Gloſſ. 2. num. 19.* ſponſam uxorem eſſe, cum proprie illa uxor appelletur, quæ in viri ſui thalamum venit, Guttierrez. *de Matrim. cap. 1. num. 4.* quibus accedit Auguſt. Barboſ. ſponſam uxoris appellatione tantum in favorabilibus venire ſtatuens. *Tom. 2. Juris Pontif. p. 469. n. 11.* Licet nec hoc, quantum ad commoda ſtatutaria; univerſale ſit: nam de Jure Saxonico ex bonis ſponſi ſponſæve, ante nuptias ſeu conſcenſionem thalami defunctorum ſuperſtiti id non debetur, quod alias ex ſtatuto aut pactis dotalibus conjugi poſt thori conjugalis ingreſſum competit, *per Conſt. Elect. Sax. 19. p. 3.* & Carpz. *ad d. C. def. 1. n. 1. & 2. & ſeqq.* Schneidw. *ad pr. Inſt. de Hæred. quæ ab inteſtat. defer. ſub tit. de Succeſſ. inter vir. & uxor. num. 21.* Zobel. *P. 3. diſſert. 11. n. 3. & ſeqq.* Coler. *Part. 1. deciſ. 57. n. 58.* Carpz. *Lib. 6. Reſp. 62. n. 12.*

Nec ſuccedit Jure Saxonico.

Plures differentiæ.

§. IX. Hinc hodie adhuc obtinent illæ differentiæ, quas inter ſponſam & uxorem Jus Civile ſtatuit. E. G. ſponſa ſponſum lugere non tenetur, *per L. Uxores. 9. §. 1. ff. de His, qui not. infam.* & ſponſalia interdum permittuntur, ubi non permittitur matrimonium, *L. Si quis. 38. ff. de Ritu nupt.* vel etiam ſponſa eſſe poteſt, quæ uxor eſſe prohibetur, *per L. Solet. 10. ff. de His, qui not. infam.* Nec ſponſa concubitum pati, Tiraquell. *de Jure Mariti, Gloſſ. 2. num. 23.* Barboſ. *Tom. 2. p. 546. n. 7.* ner ſponſum vagantem ſequi tenetur, quia non cenſetur ante nuptias elegiſſe mariti domicilium, vel ſuum mutaſſe, *L. Ea, quæ deſponſata. ff. ad Municip.*

§. X.

Digitized by Google

§. X. Adſunt quoque adhuc alia inter nuptias & ſponſalia diſcrimina, tam in Jure Divino, quam Civili, & Canonico occurrentia, Carpz. *Lib. 5. R. 115. num. 13.* Subjicit tamen, quoad effectum conſortii ac ſocietatis indiſſolubilis, nullam ſupereſſe differentiam inter ſponſalia, & ipſum matrimonium, cum partes contrahentes utrinque ex amore & ardore propenſæ voluntatis magis matrimonium, quam ſponſalia contrahere voluiſſe videantur, *per Cap. Ex literis. 7. Cap. Tua nos. 26. ubi Gloſſ. & Dd. X. de Sponſal.* quod tamen non abſolute admittendum, cum nexus ille, ex unitate carnis reſultans, nondum acceſſerit, unde facilius repudio, quam divortio locus eſſe ſolet, de quo *vid. ſupr. Sect. 2. §. 3. ſeqq.* & tantum de ſponſalibus de præſenti. *An idem vinculum indiſſolubilitatis?*

§. XI. Sponſalia de FUTURO in Jure Can. dicuntur, quæ per verba futuri temporis contracta, & fides de matrimonio aliquando contrahendo ſaltem data, *C. 2. C. 5. C. Sicut ex literis 22. X. de Sponſal.* e. g. ego te accipiam in uxorem, ego te accipiam in virum. Tholoſ. *ad Jus Pontif. in Rubr. Tit. X. de Sponſ. num. 9.* & hæc ſponſalia facile diſſolvi poſſe volunt. *Vid. Dd. in C. 2. X. de Sponſ.* Nec ejusmodi ſponſalia generant proprie affinitatem, *L. Non facile § His itaque. verſ. Scieuum eſt. ff. de Grad. & affin.* nec nurus, vel ſocer, vel noverca dici poſſunt, *L. Si qua mihi uxor fuit. 12. ff. de Rit. nupt.* licet improprie poſſint, propter ſpem matrimonii, quæ in ſponſa eſt, ut in *L. Labeo. 6. §. 1. L. Servius. 8. de Grad. & affin.* Tholoſan. *ad Tit. X. de Sponſ. c. 3. n. 33.* *Sponſalia de futuro quid ſint?*

§. XII. Tranſeunt tamen ſponſalia de futuro per copulam carnalem in ſponſalia de præſenti ſeu in matrimonium, *C 30. X. de Sponſal.* Alagona *in Comp. Jur. Can. p. 566.* Ximen. *in Concord. p. 1. & 2.* Covarr. *de Sponſ. P. 1. c. 4. §. 1. n. 2. cum ſeqq.* Tiraquell. *de Retract. Convent. ad fin. tit. num. 77.* Maſcard. *de Prob. Concl. 1027.* Menoch. *Lib. 3. præſumt. 1. n. 6. cum ſeqq.* Quod adeo verum eſt, ut etiamſi ſponſus præſente ſponſa & conſentiente proteſtatus eſſet, ſe nolle per hujusmodi copulam matrimonio conſentire, adhuc illud præſumatur ex eadem copula ſubſecuta poſt ſponſalia, quia proteſtatio facto contraria, uti reſolvunt Menoch. *L. 3. præſ. 1. n. 15.* Maſcard. *d. Concl. 1027. n. 11.* Guttier. *de Juram. confirm. p. 1. c. 51. n. 14.* Sic enim, quando quis unam ex pluribus ducturum ſe promittit, cognita poſtmodum carnaliter una ex illis, ſponſalia *Per copulam illa fiunt de præſenti.*

illa degenerant in matrimonium cum ea, Menoch. *d. Præſ. 1. n. 13. & 14.* Spin. *in Specul. Teſtam. Gloſſ. 15. pr. 65.* Sanchez. *de Matr. Lib. 1. diſp. 26. n. 8.* Nullum enim videtur factum, aut melior conjectura conſenſus, quam ſi poſt ſponſalia ſponte ſe commiſceant; quia niſi ſponſum in eo facto maritalem animum habuiſſe exiſtimemus, oportet delictum grave contra divinum præceptum præſumere, & injuriam ſponſæ illatam; jubent enim divinæ & humanæ Leges dubia in meliorem partem interpretari, & delicti ſuſpicionem evitare, quoad fieri poteſt. *Matth. c. 7. Nolite judicare. L. Merito. ff. Pro ſocio. Bart. in L. Non ſolum. §. Sed ut probari. ff. de Nov. op. nunc.* Alciat. *de Præſumt. Reg. 3. præſ. 1.* Hippol. *ad L. 1. num. 68. C. de Sicar.* Roland *Lib. 2. Conſ. 11. n. 30.*

An ſemper ex concubitu præſumatur matrimonium?

§. XIII. Hoc autem, quod concubitus inducat puram obligationem ad matrimonium, in terminis jam adductis intelligendum, ſi ſcil. præceſſerit deſponſatio: alias enim, ſi citra matrimonii promiſſionem fœmina illecebris inducat aliquem ad concubitum, inde non præſumendum eſt matrimonium, etiamſi paritas quædam perſonarum concurrat, quod ex notabili quodam caſu *d. 20. Auguſt. An. 1684.* a Facult. Jur. Francof. ſequenti ratione deciſio, apparebit:

Rationes dubitandi.

Ob wohl Beklagter die Copulam carnalem mit der Klägerin nicht in Abrede ſeyn kan, ſie auch einander an Stand und Condition nicht ungleich, indem ſie beyde von Adel, in welchem Fall ex copula carnali eine Præſumtio matrimonialis zu entſtehen pfleget, cum non animo fornicandi, ſed potius matrimonium contrahendi coiviſſe cenſeantur, Menoch. *Lib. 3. præſumt. 1. num. 6.* Hiezu auch die Tractatio ſponſalitia kömmt, indem Beklagter öffters zu der Klägerin gekommen, und mit derſelben ſo familiair gelebet, daß auch andere dadurch zu ſolcher Heyrath zu gratuliren Urſach genommen, ex qua tractatione animus ſponſalia contrahendi elicitur, Alciat. *de Præſumt. Reg. 3. præſumt. 38. num. 1.* und daher zum wenigſten entweder dem Beklagten das Juramentum purgatorium, oder der Klägerin das Juramentum ſuppletorium zuerkannt werden ſolle. Carpz. *Jurispr. Eccleſ. Lib. 3. def. 46. n. 14.*

Rationes decidendi.

Weil aber dennoch (1) Beklagter zu der Zeit ſeinen Vater annoch am Leben gehabt, und alſo ohne deſſen Vorwiſſen und Einwilligung eine Verlobung vorzunehmen ihm nicht freygeſtanden, ſondern alles, was er diß falls vorgenommen, ipſo jure null

und

und nichtig geweſen, §. 12. *Inſt. de Nupt.* Hierzu auch (2) eine merckliche Diſparitas perſonarum gekommen, inmaſſen obwohl beyde von Adel ſeyn, Klägerin dennoch eine ziemliche bejahrte Wittwe, mit vielen Kindern, Beklagter hingegen ein junger Edelmann, damahls bey 22. Jahren, und alſo noch in ſeiner Minderjährigkeit, ja in würcklichen Krieges-Dienſten geweſen, welcher durch ſolche Heyrath von aller zeitlichen Fortun entſetzet worden wäre. (3) Auch aus denen übergebenen und beſchwornen Poſitionibus erhellet, daß Klägerin alle Mittel geſuchet, Beklagten zu gewinnen, und durch unverſchämt-gegebene Anleitung ihn zum Beyſchlaff zu bewegen, davon die Acta überall zur Gnüge zeugen, ja dieſes einige zu Erweiſung ſolcher Verleitung allein zureichend, daß ſie ihn in den Garten geführet, ſich daſelbſt nieder geleget, und zum Beyſchlaff Anlaß gegeben. (4) Die Rechte nicht zulaſſen, daß aus ſolcher callida & fraudulenta inductione ad actus venereos Jemand ein Vortheil zuwachſen könne; Cum dolus ſuus nemini debeat patrocinari, *C. 12. in fin. X. de Cler. non reſid.* (5) Wie denn inſonderheit die Churfürſtliche Brandenburgiſche Conſiſtorial-Ordnung *Tit. 62.* nicht will, daß dergleichen Perſonen, ſo andere zum Beyſchlaff verleiten, einige Anſprache wegen der Heyrath, oder andere Abfindung verſtattet werden ſoll. Und alſo (6) die ſonſt ex copula carnali entſtehende Præſumtio matrimonii allhie gäntzlich celliret, theils weil Klägerin wohl gewuſt, daß Beklagter nicht ſui juris, und alſo ſich ohne väterlichen Conſens ehelich nicht verbinden können, utut ergo præceſſerint ſponſalia, ſi tamen illa ſint nulla ob juſtum impedimentum, non præſumitur ex coitu animus matrimonium contrahendi, Menoch. *Lib. 3. præſ. 1. num. 27.* theils ſie ihn zu ſolchem Beyſchlaff verleitet, und alſo die limites einer honetten Wittwen überſchritten. (6) Daher auch die Tractatio bey ſo bewandten Umſtänden nicht pro ſponſalitia, ſondern pro concubinaria zu achten, weil aus der von einer bejährten Frau einem jungen Menſchen gegebenen Anreitzung keine honeſta intentio, ſondern animus explendæ libidinis geſchloſſen werden können. Unde Dd. concludunt, quod tractatus matrimonialis non inducat ſignum matrimonii, quando initium fuit concubinatus, Menoch. *d. Præſumt. 1. n. 38. in fin.* Et ubi eſt diſparitas evidens inter perſonas, non matrimonium, ſed concubinatus præſumitur, Maſcard. *de Prob. Vol. 1.*

Concl. 301. n. 8. Weßhalb (8) allhie die Præſumtio pro matrimonio gäntzlich eludiret worden, ceſſante vero præſumtione, ceſſat juramentum purgatorium, Brunnem. *J. Eccleſ. lib. 3. cap. 5. §. 1. in fin.* Carpz. *Lib. 3. def. 47.* Vielweniger kan (9) das Juramentum ſuppletorium ſtatt finden, als welches in matrimonialibus ander geſtalt nicht zugelaſſen wird, quam ſi plus quam ſemiplene probatum, Hilliger *in Donell. Lib. 24. c. 19. lit. y.* So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß es bey dem am 17. April. An. 1683. eröffneten Urthel zu laſſen, und ihr nach Anleitung deſſelben ohne Abſtattung einiges Eydes von der Klage zu abſolviren ſeyd. V. R. W.

Deciſio.

Hodie non ex verbis diſtinguuntur.

§. XIV. Ceterum hoc ſenſu hanc diſtinctionem ſponſaliorum Juris Canonici apud noſtrates receptam eſſe, negat *B. Lutherus in Libell.* Von Ehe ſachen. propterea quod apud Germanos non ſit talis loquendi conſvetudo, quodque ſub prætextu & confuſione verborum iſtorum multa vera diſtraherentur conjugia, Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 17. n. 4.* de quo vid. ſupra *Sect. 1. §. 24. ſeqq.*

Conditionata dicuntur de futuro.

§. XV. Sed a noſtratibus ſponſalia potius CONDITIONATA pro futuris reputari, teſtatur idem Carpzov. *Lib. 5. R. 109. n. 4.* Veluti quando adjicitur conditio: ſi mei gratia triennium expectare velis, nunc te accipiam in conjugem. Aut quando Laban filiam ſuam Rachelem Jacobo deſpondet, ſub conditione ſeptennalis ſervitii, *Gen. XXIX. v. 18.* vel Boaz Ruthæ promittit conjugium ſub hac conditione, ſi propinquior eam ducere nolit, *Ruth. III. v. 13. &c.* Variæ autem ſunt conditiones, quæ contrahi ſponſaliorum, ſicut & matrimonio adjici poſſunt, Carpzov. *Jurispr. Conſiſtor. Lib. 2. def. 22 num. 1.* Aliæ enim ſunt neceſſariæ, aliæ contingentes, aliæ poſſibiles, aliæ impoſſibiles, aliæ honeſtæ, aliæ turpes ſeu moraliter impoſſibiles, de quibus ſingulis, pro dilucidatione materiæ, pauca.

Conditiones variæ.

De conditionibus neceſſariis.

§. XVI. Si ſponſalibus adjiciatur conditio neceſſario futura, v. gr. ſi ſol oriatur cras, æque valida ſunt, ac ſi nulla conditio adhibita eſſet: quia ratione vinculi obligationis pro impleta hæc conditio reputatur. Idem quoque dicendum de conditionibus in præteritum vel præſens collatis: e. g. *Si pater meus mortuus jam eſt, ducam te in uxorem*, quæ enim per rerum naturam ſunt certa, non morantur obligationem, etiamſi apud nos ſint incer-

ta,

ta. *§. 6. Inſt. de V. O.* Nemo tamen tenetur eâ ſponſalia exequi, antequam conſtiterit de morte patris; quia eſto, illam conditionem non ſuſpendere ſponſalium obligationem, ſuſpendit tamen eorum executionem, donec de veritate conditionis certi ſimus.

§. XVII. Conditiones contingentes poſſibiles, & honeſtas optime ſponſalibus adjici, tradunt Sanchez. *de Sponſal. Lib. 5. diſp. 8.* Baſil. Ponce *de Sponſal. Lib. 3. cap. 13. & Lib. 21. cap. 7. num. 1.* veluti: Si pater conſenſerit: Si religionem Chriſtianam fueris amplexus, Carpz. *d. Def. 22. n. 4.* Et licet illa promiſſio, quousque conditio pendet, non conſtituat ſponſalia, quia non inducit obligationem matrimonii contrahendi, inducit tamen obligationem abſolutam expectandi conditionis eventum; conditione autem non exiſtente, nihil videtur promiſſum, adeo ut pœnitere liceat, *Cap. un. X. de Sponſal. in 6to. Cap. De illis. 3. & Cap. Super eo. 5. X. de Condit. appoſ.* Joh. Gerh. *in Loc. de Conjug. §. 132.* vid. ſupr. *Sect. 2. §. 24.* *Conditiones honeſtæ.*

§. XVIII. Impoſſibiles vero conditiones & turpes, e. gr. ſi cœlum digito attigeris, vel ſi te adulterandam dederis, &c. an in favorem matrimonii vel ſponſaliorum pro non adjectis habendæ ſint, diſputant acerrime Dd. Quidam aſſerunt, ejusmodi conditiones a matrimonio excludi, & pro non adjectis haberi, ob illius favorem, per *Cap. fin. X. de Condit. appoſ.* Sanchez. *de Sponſ. Lib. 5. diſp. 17. n. 2. & ib. cit. D.d.* & hinc etiam has conditiones rejici a ſponſalibus eo, quod ſponſalia ſint diſpoſitio & via ad matrimonium, ac proinde quicquid diſpoſitum in matrimonio, etiam in ſponſalibus cenſeri debet diſpoſitum, per *L. Oratio. ff. de Sponſal.* Alii autem ſpectato Juris rigore verius reputant, conditiones impoſſibiles vitiare ſponſaliorum contractum, ut docet Rebell. *Lib. 2. de Sponſal. cap. 7. n 3.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. Q. 47. Art. 5. ad fin.* Alii vero impoſſibiles pro non adjectis habent in favorem matrimonii, ut rata judicentur ſponſalia, *C. ult. in fin. X. de Condit. appoſ.* Beſold. *in Diſcurſ. de Nupt. cap. 6. num. 7. pag. 26.* Harpr. *ad Rubr. Inſt. de Nupt. num. 27.* Sed priorem ſententiam veriorem eſſe, nec ullam obligationem ſponſalitiam contrahi, ſi impoſſibilis conditio adjecta, probatum eſt ſuperius *Sect. 2. §. 12.* *De conditione impoſſibili.*

Digitized by Google

De conditione turpi.

§. XIX. Quoad turpes autem & inhoneſtas diſtingvendum vulgo, an ſint contra matrimonii ſubſtantiam, vel honeſtatem, v. g. ſi pro quæſtu adulterandam te tradas; aut ſi venenum perpetuæ ſterilitatis accipias: An vero ipſum matrimonium non contingant; veluti ſi furtum commiſeris. Priores ſponſalia vitiant, & effectu carent, *d. C. ult. & Can. Alii quando. Can. Solet. Canſ. 32. quæſt. 2.* Poſteriores conditiones licet per ſe quidem turpes ſint, cum tamen conjugii ſubſtantiæ haud ſint contrariæ, non annihilant ſponſalia, ſed habentur pro non adjectis in matrimonii favorem, ideoque ſponſalia, ſub talibus conditionibus contracta, pro pure contractis ſunt reputanda, ut petulantiæ eorum, qui pudicitiæ imbecillis ſexus inſidias ſtruunt, frenum injiciatur, *d. Cap. ult. in fin. X. de Condit. appoſ.* Panorm. Felin. *& alii in d. C. ult.* Harpr. *d. Rubr. Inſt. de Nupt. num. 26.* Carpz. *Jurispr. Conſil. Lib. 2. def. 23. num. 6. & ſeqq.* Verum & hanc diſtinctionem non attendendam, ſed ob turpem conditionem ſponſalia pro nullis declaranda eſſe, demonſtratum fuit ſupra *Sect. 2. §. 23.*

An inter Pontificios conditio impoſſibilis faciat ſponſalia pura.

§. XX. Sed quid, ſi conditio impoſſibilis vel turpis adjiciatur in illis locis, ubi Juris Canonici obſervantia viget, an tunc ſecundum ductum *Cap. fin. X. de Condit. appoſ.* promiſſor obligetur, etiamſi animum conſentiendi in matrimonium nunquam habuerit, & hinc intentione illam non ducendi matrimonium ſub conditione impoſſibili promiſerit? Sane veriſſima illa Canoniſtarum ſententia eſt: eccleſiam efficere non poſſe, ut id, quod matrimonium ob defectum conſenſus dici nequit, pro matrimonio reputetur. Paul. Duran. *de Condit. & mod. impoſſib. cap. 6. n 4.* de quo dictum *Sect. 2. §. 10.* Sequitur exinde, nec ſponſos pontificiæ religionis ſibi obligare poſſe ex eo ſolo, quod Pontifici aliud placuerit, in *d. Cap. fin.* Hoc dubium ergo, ut removeant Canoniſtæ, exigunt, promiſſorem matrimonii ſub conditione impoſſibili ſciviſſe Pontificiis ſanctionem, quod ſcilicet non obſtante impoſſibili conditione, illa promiſſio in effectu pura ſit, ſic enim ſibi imputet, quod cum effectum hujus promiſſionis ſciverit, ſe hoc modo obligaverit, Covarruv. *de Matrimon. Part. 2. cap. 3. § 2. pr.* Duran. *de Condit. impoſſib. cap. 6. §. 31.* Quod temperamentum omnino admitti poteſt, & ita non dubito; ſi & noſtra Conſiſtoria ſecundum ductum *Cap. fin. X. de Condit. appoſ.* pronunci-

nunciandum existimarent, scientiam hujus Juris supponendam esse.

Quidsi conditio impossibilis pro possibili reputetur?

§. XXI. Sed quid si conditio impossibilis tanquam possibilis ab altero sponsorum acceptetur, si postea impossibilitas deprehendatur, an idem juris est? Sane ex hypothesi nostra, cum & illa conditio, quam partes sciunt impossibilem, obligationem, sponsalitiam impediat, parum intererit, an possibilitatem scivérint, an ignoraverint, cum & conditio possibilis honesta, si ab altero impleri nequeat, sive casu, sive ob aliud impedimentum, deficere faciat obligationem sponsalitiam. Sed secundum hypothesin Canonistarum, in *præced.* §. adductam, aliquid referret: nam si putaverint esse possibilem, consensus ille a Pontifice non posset reputari pro puro, quia certum est, illos se pure obligare noluisse, uti recte contra alios defendit Paul. Duran. *d. c. 6. §. 34.*

De conditione sponsæ, si duello alterum vi-ceris.

§. XXII. De hoc graviter disputatum memini; Cum duo Nobiles in militari dignitate constitui, ejusdem generosæ virginis matrimonium ambirent, & neuter ex his procis ipsi displiceret, & eapropter nemini horum repudium dare vellet, tandem his instantibus hoc responsi dederat; Sie æstimirete sie beyde als rechtschaffene Cavalliers. und befinde sich nicht capabel einen dem andern vorzuziehen, sie möchten es dahero cavallierement mit einander ausmachen, der den Preiß davon tragen würde, den wolte sie nehmen. Hoc facto, illi duello congrediuntur, & alter alterum occidit; illa accepto nuncio, alterum plane occisum esse, serio secum constituit, se nec victori nubere velle; hic vero, se cum vitæ suæ periculo satisfeciſſe conditioni, a virgine adjectæ, dicit, & promissi implementum urget, quæritur: quid juris, postquam victor pœna quadam pecuniaria se a supplicio promerito liberaverat? Sane dispar ratio videtur conditionis hujus impletæ, & non impletæ. Posteriori casu nulla obligatio, ob turpitudinem conditionis. Priori autem casu factum jam est, quod fieri non debebat, & Reip. satisfactum est, ut hinc sera virginis, patrato jam scelere, pœnitentia sit: equidem si virgo consensum non revocasset, nihil quidem obstaret huic connubio, licet in pœnam improbi hujus facti hoc interdici a Consistorio, imo & puella, occasionem duello præbens, graviter puniri posset. Si tamen

tamen illa victori nubere nolit, nulla huic ad consummandum matrimonium patebit actio. Mandatum enim res turpis non tantum non est obligatorium ante, quam expediatur, *L. 6. §. 3. ff. Mand.* sed & si jam impletum sit, nulla datur mandatario adversus mandantem actio, *§. Illud. 7. Inst. Mandat.* & sic nec victor contra puellam ex duelli successu sibi sponsam eligentem. Hoc certum est: si quis puellæ inimicum citra ejus impulsum occidisset, & hæc ea propter occisori concubitum promittat, validam inde nasci obligationem, cum hic cesset ad delinquendum invitatio, Duran. *de Condit. Impossib cap. 6. n. 47.* Conditio enim impossibilis, vel turpis, in præteritum non impedit obligationem. Covar. *de Matrim. P. 2. c. 3. §. 2. n. 2.*

De conditione turpi præterita.

De conditione, si Princeps dispensaverit?

§. XXIII. Quæritur autem, occasione hujus materiæ, an, quando aliqui vinculo sangvinis impediti contrahunt sponsalia sub hac conditione, si PRINCEPS dispensaverit, hæc conditio reputetur contingens & honesta, vel potius impossibilis? Plures gravesque Dd. quos plena manu refert Sanchez. *Lib. 5. de Matrim. disp. 5 n. 5.* docent, prædictam conditionem censendam esse impossibilem. Moventur, quia ea, quæ pendent a voluntate Principis, censentur quasi impossibilia, *per Leg. 38. L. Continuus. 137. §. 6. ff. de V. O. & L. Apud Julianum. 39. §. Constat. 7. de Legat. 1. & ibi* Bartol. Neque obest, quod aliquando jus mutari possit, quia non secundum tempus futurum, sed secundum præsens stipulatio mensuranda est, uti habetur *in L. Inter stipulantem. 83. §. Sacram. 5. ff. de Verb. oblig.* ob quam causam stipulatio de re sacra publica vel homine libero nulla est, tametsi res sacra fieri possit profana, publica privata, homo liber servus. Alii, e quorum numero Henriq. *L. 12. de Matrim. c. 10. n. 4.* etsi non reputent hanc conditionem impossibilem, reputant tamen eam minus honestam seu turpem, eo, quod ea posita Juris Communi derogetur, at honestius sit, Jus Commune servare, quam illius dispensationem petere, sicque ab ejusmodi sponsalibus libere resilire fas esse, *arg. L. Si stipulor. 55. §. Item quod leges. 1. ff. de V. O.* Sed etsi sententia hæc probabilis videatur, longe veriorem tamen censeo, quæ asserit, prædictam conditionem inter possibiles & honestas connumerandam esse, si in ea Princeps solitus sit dispensare, etsi cum difficultate, & contrahentes causam habeant legitimam dispensationis,

tionis, ſicut ex communi ſententia tradit Sanch. *Lib. 5. diſp. 5. n. 13. & 14.* Rebell. *Lib. 2. de Matrim. qu. 10. Sect. 6.* Coninch. *Diſp. 29. dub. 1. concl. 5. n. 18.* Baſil Ponce. *Lib. 3. de Matrim. c. 15. n. 2. & Lib. 12. c. 7. & alii Dd.* Quid illud judicandum eſt poſſibile & honeſtum, quod ſæpe honeſte fieri ſolet: at poſita cauſa legitima diſpenſationis, ſæpe ſolet Princeps in matrimonii impedimentis diſpenſare, ergo conditio de hac diſpenſatione neque impoſſibilis, neque turpis eſt reputanda, ſicut valida eſt inſtitutio filii ſpurii ſub ea conditione, ſi Princeps legitimaverit. Covarruv. *4. decret. 2. part. cap. 8. §. 5. n. 12.* Molin. *L. 2. de Primogen. cap. 7. num. 40.* Matienzo *Lib. 8. recopilat. tit 8.* Attendendum quidem alii exiſtimant, an diſpenſationis conditio adjecta ſit in caſu, quo diſpenſatio facile impetrari ſolet, & in quo difficulter conceditur: e. g. ſi Princeps conſenſerit, ut te, fratris mei filiam, ducam, quam pro impoſſibili reputant. Henriqu. *Tr. de Matrim. Lib. 12. cap. 10. num. 4.* Molina *de Hiſpaniæ Primogenit. Lib. 2. cap. 13. num. 12.* ſed nihilominus hæc ſponſalia pro conditionatis reputari, recte exiſtimat Duran. *de Condit. impoſſib. c. 6. §. 52.* quando enim conditio eſt præambula & neceſſaria ad validitatem actus, illa nunquam rejicitur, etſi ſumme difficilis ſit, ſed expectandus conditionis eventus, Duran. *d. n. 52.* Licet exiſtimem, hanc Canoniſtarum controverſiam plane otioſam eſſe; quamvis enim admittatur, conditionem hanc impoſſibilem eſſe, male tamen hic applicaretur *C. ult. X. de Condit. appoſ.* conditionem hanc pro non adjecta, & ſponſalia pro puris haberi: reſiſtit enim Lex huic connubio, etiamſi pure contractum eſſet.

Quid ſi diſpenſatio difficulter impetranda?

§. XXIV. Alia adhuc naſcitur difficultas: an promittens conſangvineæ matrimonium ſub prædicta conditione: ſi PRINCEPS diſpenſaverit, teneatur diſpenſationem procurare? Affirm. Tabien. *verb. Sponſalia. qu. 8. n 9.* Armilla *n. 11.* Petr. de Ledeſma *de Matrim. qu. 47. dict. 5. dub. 2.* Sanchez. *Lib. 5. de Matrim. diſp. 5. q. 6. num. 36.* Verius tamen, nullam eſſe obligationem procurandi diſpenſationem, tametſi ſub prædicta promiſſione matrimonii virginem violaſſet, volunt Navarr. *Lib. 4. Conſil. tit. de Sponſal. Conſil. 25. (in prim. edit.)* Coninch. *Diſp. 29. dub. 2. num. 35.* videntur moveri; quia poſito, quod diſpenſationem procurare quis non promiſerit, non poteſt ad illam procurandam obligari, niſi quatenus ſe obligavit ad contrahendum matrimonium: ſed ad

Quis hoc caſu diſpenſationem petere teneatur?

contrahendum matrimonium se non obligavit absolute, sed posita dispensatione, quam tamen ipse non promisit, ergo illam procurare non est obligatus, sed altera pars, quæ matrimonium urget, hanc dispensationem impetret. Quoties enim conditio ab utroque impleri potest, ille impleat, qui nuptias urget, nisi alter implementum in specie promiserit. Sicuti cum quis promittit matrimonium sub conditione, si pater consentiat, non ob inde tenetur consensum patris procurare, procuret autem ille, cujus interest. Si tamen, cum promisit puellæ matrimonium, dixerit, facile se posse dispensationem impetrare, & sub ea spe puella defloratione consensit, tenetur sine dubio dispensationem procurare, quia eo casu tacite, vel potius expresse, eam procurationem promisit, ut bene notavit Coninch. *Disp. 29. dub. 2. num. 35.* non tamen videtur suis sumtibus ad impetrandam dispensationem obligatus, quia negotium commune est, & consequenter sumtus communes esse debent, Sanch. *lib. 5. num. 37.* Coninch. *cit. loc.*

An dispensatione secuta, novo consensu opus sit?

§. XXV. Deinde alia insuper emergit quæstio, an conditione dispensationis adveniente, quam contrahentes adjecerunt, sint vera sponsalia absque novo consensu? Certum est, ante impletam conditionem sponsalia non esse, quia non est obligatio absoluta directa matrimonii, *C. un. de Sponsal. in 6to. c. ult. de Procur. in 6to. C. De illis. 3. C. Super eo. 5. & Cap. seq. X. de Condit. appos.* Hinc post conditionem impletam affirmat Henriq. *Lib. 12. de Matrim. c. 13. in fine.* Angles. *flor. Part. 1. q. 2. de Consensu condition. Art. un. dub. 3. & quæst. 12. de Impedim. dispar. cult. dub. 2.* novum consensum necessarium esse, ut prædictus contractus sponsaliorum obligationem constituat, eo, quod consensus antecedens ortus ab impeditis inhabilis est, ut hinc tractu temporis convalescere non possit, per *L. 29. ff. de Reg. Jur.* Sed contrarium omnino tenendum est cum Sanch. *d. L. 5. Disp. 5. n. 24.* Basil. Ponce *L. 3. c. 14. n. 7.* Coninch. *Disp. 29. Dub. 1. n. 21.* Ratio, quia obligatio conditionalis, existente dispensatione, tanquam conditione transit in absolutam, & licet illa promissio fiat a personis inhabilibus & impeditis, non tamen quatenus inhabiles & impediti sunt, sed fit in tempus, quo habiles sunt futuri; quippe censendum est fieri

fieri tempore habili, quod in tempus habile refertur. Carpz. *Jurisprud. Conſiſt. Lib. 2. def. 20. n. 7.*

§. XXVI. Cum vero ſupra §. 17. dictum ſit, etiam in conditionatis ſponſalibus adeſſe obligationem ad exſpectandum, ſequitur inde, pendente tamen conditione reſilire non licere a ſponſalibus conditionatis, & cum alia perſona pure & de præſenti alia contrahere, utut in contrariam abeant ſententiam Alber. Gentil. *Lib. 2. de Nupt. c. 12. p. 172.* Mauſer. *de Nupt. pag. 323.* ita ratiocinantes, quod non exiſtente obligatione libera videatur relicta facultas conjugium ineundi, cum qua perſona quisque velit. Verior autem eſt negativa, a contrahentibus ſcilicet exſpectari debere conditionis eventum, priusquam ad alia convolent ſponſalia, Cypræus *de Sponſal. C. 8. §. 4.* Panorm. *in C. Super eo. X. de Condit. appoſ.* Gerhard. *in Loc. de Conjug. §. 139. p. 221.* idemque ſentit B. Luther. *de Canſ. matrim. Tom. 5. pag. 142.* deficiente vero demum conditione, nihil promiſſum videtur, adeoque tunc alteri parti invita altera pœnitere ſit integrum, *C. un. X. de Sponſ. in 6to. C. ult. X. de Procur. in 6to. Cap. De illo. 3. Super eo. C. 5. & ſeq. X. de Condit. appoſ.* Imo etiam conditioni, qui eam ſponſalibus appoſuit, invito altero contrahente renunciare poteſt. Carpzov. *Jurispr. Conſiſt Lib. 2. def. 24. num. 4.* e. g. Si virgo ſub hac conditione, ſi Doctor Juris creatus fueris, ſponſalia iniret, & poſtea diceret, nihilominus, licet in Doctorem non promotus ſis, tibi nubam. Ratio, quia conditio in unius ſaltem favorem ſponſalibus eſt adjecta, quidni ergo huic illa renunciare valeret, per *L. pen. C. de Pact. L. Judex. 41. verſ. Quia unicuique. ff. de Minor. L. Pactum. 46. ſub fin. ff. de Pact.* adſunt enim hic duæ obligationes, quarum una. quod in Jure noſtro haud infrequens eſt, exemplo teſtamenti conjugium reciproci, corruere, & altera ſubſiſtere poteſt. *L. Lucius. 78. §. 7. ff. ad SCt. Trebell.* Gail. *L. 2. obſ. 117. n. 2.* Mynſing. *Cent. 1. obſ. 8. n. 6.*

De pœnitentia, in ſponſalibus conditionatis illicita.

De renunciatione conditionis.

§. XXVII. Recedit porro a conditione, qui deſponſatam ante conditionis eventum carnaliter cognoſcit. Alagona *in Comp. Juris Canon. p. 575.* Ximen. *in Concord. p. 1. & 2.* Antón. Auguſt. *Collect. 3. Decret. Lib. 4. tit. 4. c. un.* Aug. Barboſ. *ad C. Per tuas. 6. X. de Cond. appoſ.* & tranſeunt ſponſalia, ſub conditione contracta per copulam in matrimonium, *C. Per tuas. 6. X. de Cond. appoſ.* Tiraq. *de Retract. conv. ad fin. n. 77.* Menoch. *de Præſumt. Lib. 3. præſ. 1.*

Copula purificat ſponſalia conditionata.

n. 15. Sanchez. *de Matrim. Lib. 2. disp. 45. n. 21.* Licet ſponſa proteſtetur, quod per copulam non intendat, ſponſalia debere tranſire in matrimonium, Covarr. *de Sponſ. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 18. & 19.* Menoch. *Lib. 1. de Præſumt. qu. 75. n. 5.* eſt enim præſumtio juris & de jure, nec ullam ex parte negantis probationem in contrarium admittit, *C. 30. X. de Sponſ.* Beſold. *in Diſcurſ. de Nupt. cap. 6. num. 11. pag. 29.* Carpzov. *Jurispr. conſiſt. Lib. 2. def. 25. n. 7.*

An ſponſus, ante nuptias concumbens, expellendus ab opificio?

§. XXVIII. Quæritur autem hic obiter, an ſponſus, quod ſponſam imprægnaſſet, eaque paucis poſt nuptias menſibus peperiſſet, a collegio ſit excludendus? Quod negatur *cum* Mev. *P. 3. dec. 49. &* Carpzov. *Lib. 6. Reſp. 99.* tametſi enim non improbandum ſit opificium pro conſervandis bonis moribus ſtudium, dum in collegiis præ ſe ferre, & glorioſe ſatis uſurpare ſolent hanc vocem: Ihr Handwerck müſſe ſo rein als ein Auge ſeyn, oder als wenn es von Tauben geleſen wäre: porrigenda tamen non eſt facultas collegiorum a[illegible]injuſta, *L. fin. C. de Jurisdict. ibique* Bald. ne injuriarum inde occaſio ſit, unde jura proficiſci debent, *L. Meminerunt. 6. pr. C. Undevi.* Eſt quidem ab eo tempore, quo eccleſia ſacerdotalem copulationem honeſtatis gratia neceſſariam fecit, præmaturus deſponſatorum concubitus in crimine, nec impunitus; peccatur enim in legem eccleſiæ & honeſtatem, cum ſcandalo quodam publico: at nimis gravis & iniqua foret pœna, ſi quis ideo ab opificio excluderetur, quod infamiæ ſpecies quædam eſſet; & a facultate quærendi alimenta remotio non minus gravis eſt, quam ſi homo enecetur, *arg. L. Necare. 4. ff. de Agnoſc. & alend. lib.* Mev. *d. P. 3. dec. 39. n. 5. & ſeqq.* Contractis enim poſtea nuptiis culpa ſublata. & macula omnis ceſſat, quippe matrimonium retrotrahitur fictione juris, omniaque vitia præcedentia ſanat, ita ut ſtatim ab initio ante copulam carnalem contractum cenſeatur, *C. Tanta 6. X. Qui filii ſint legit. ubi* Gloſſ. & Panormit. *n. 4. & 7.* Gail. *Lib. 2. Obſ. 141. num. 2.* Heig. *P. 1. 21. n. 92.* Et ejusmodi liberis teſtimonium natalitium (ein Geburths-Brieff, daß ſie von ehrlichen frommen Eltern, und aus einem rechten, ehelichen, unbefleckten, ungetadelten Ehe-Bette herkommen, und gebohren, ꝛc.) dari poteſt, quia videtur matrimonium ante filiorum nativitatem contractum, Hart Piſtor. *Lib. 2. qu. 41. n. 15. & 23.* Gail. *Lib. 2. obſ. 141. num. 2.* Carpzov. *P. 2. Conſt. 6. def. 15. n. 1. &*

num. 1. & seqq. Coercitio autem, quæ desponsatos ante nuptias coeuntes manet, scil. modica ad tres vel quatuor dies incarceratio, non ad Judicem Ecclesiasticum, sed Politicum pertinet, prout testatur Carpzov. *Jurispr. Consist. Lib. 3. def. 76. num 19. & 77. num. 2.*

§. XXIX. PUBLICA sponsalia dicuntur, quæ cum consensu parentum & in præsentia testium contracta, ubi quidem duo testes ad minimum necessarii sunt, *L. Ubi numerus. 12. ff. de Testib. C. Quoniam contra C. de Probat.* in ore enim duorum vel trium testium omne consistit verbum, *Deut. XVII. v. 6.* & in qualibet causa, tam profana, quam ecclesiastica vel spirituali duo sufficiunt testes ad perfectam probationem inducendam, *Can. Si quis testes. 4. qu. 3. Can. ult. 35. qu. 7. C. In omni negotio. & Cap. Licet in universis. X. de Testib.* Requirunt autem aliqui JCtorum hic testes omni exceptione majores. Felin. *in Rubr. n. 5. X. do Sponsi.* Farin. *de Test. q. 61. num. 101.* Sed res distinctione expedienda, utrum testes ex lege adhibeantur ad solemnitatem sponsaliorum, nec clandestina habeantur, an requirantur ad probandum, cum negantur? Illi quales sint, nihil refert, & sufficiunt cognati, affines, proxenetæ, domestici, uti fere nulli alii adhiberi solent; ad probationem autem, ubi res in litem venit, necessarii sunt, qui non suspecti. Mev. *P. 8. decis. 38. n. 5.* Cum tamen alii haberi nequeunt, etiam cognati & domestici admittuntur in causis matrimonialibus. Carpzov. *in Jurispr. Consist. Lib. 3. def. 43. per tot.* *De publicis sponsalibus.* *De qualitate testium.*

§. XXX. Sponsalia CLANDESTINA dupliciter dicuntur, vel LATE, quæ in præsentia centum quidem testium, sed sine parentum consensu contracta; Est enim parentum consensus legale requisitum & de necessitate, per *Can. 1. caus. 30. qu. 5. & Can. 3. caus. 30. q. 5.* Beust. *de Spons. & matrim. cap. 13* Joh. de Segura *in Direct. Jud. Eccles. P. 2. c. 15. n. 6. & seqq.* vel STRICTE, ubi plane nulli, vel non sufficientes & idonei testes adhibentur, *C. 1. & seqq. X. de Spons.* Quamvis autem negari nequeat, ad validam & licitam promissionem sponsaliorum nullam publicitatem requiri: Ratio, quia nec Jure Naturali nec Positivo prædicta sponsaliorum promissio, clandestine celebrata, est invalida, aut illicita, si contrahantur inter personas sui juris, nullo sanguinis impedimento detenti, de quo supr. *Sect. 1. §. 36.* Postquam tamen Ordina- *De clandestinis sponsalibus.*

tionibus Conſiſtoriorum ſponſalia clandeſtina prohibita ſunt ob conjugii dignitatem, cum Deum auctorem agnoſcat, *Geneſ. II. 24. Matth. XIX, 4.* & publicam honeſtatem, quæ non admittit in angulo, remotis arbitris, de puellari pudicitia tractare, multa quoque inconvenientia exinde profluunt, incommoda & abſurda, ut lites inextricabiles, perjuria, copulæ inceſtuoſæ, & id genus alia, Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 32. n. 4. & 11.* aut ſæpius vilis conditionis homuncio honeſti aut excellentis viri filiam ad nuptias ſuas pelliceret, quod LL. vetant, *L. 44. ff de Rit. nupt.* merito illa pro illicitis vel invalidis reputantur. Clandeſtina autem non ſunt ſponſalia, quibus duo teſtes adfuerunt, etſi alteri contrahentium tantum conjuncti fuerint, & horum alicui ſponſio facta, wenn die Zeugen oder Beyſtände nur auf der Braut, und nicht des Bräutigams Seite geweſen, Mev. *P. 8. dec. 38.*

Clandeſtinitas quomodo purgetur?

§. XXXI. Imo ſponſalia, etſi ab initio clandeſtina, tamen ubi poſtea voluntate & facto deſponſatorum conſenſus fit publicus e. g. in præſentia teſtium, vel in Conſiſtorio, valida ſunt; clandeſtinitas enim non eſt vitium permanens, Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 35. num. 1. & ſeqq.* & actus continui, etſi ab initio nulli, convalidantur, eo ſubſecuto, quod initio requirebatur, Bertazoll. *Vol. 2. Conſ. 73. n. 14.* & talis quoque quisque habendus, qualem ſe publice gerit, *L. 3. ff. ad SCt. Maced. L. 1. & 2. C. Si min. ſe maj. dix.* Sola tamen contrahentium confeſſio absque expreſſa ſponſaliorum iteratione & repetitione promiſſionis reciprocæ coram teſtibus facta in provinciis Elect. Saxon. non ſufficit, per *Ord. Eccleſiaſt. ſub Tit.* von Ehegelöbniß. §. Wenn aber ꝛc. *& Ordin. matrim. de Ao. 1624. Punct. 1. §.* Wo auch zwey Perſonen ꝛc. licet alibi hanc ſufficere putem, quia confeſſio propria eſt probationum omnium probatiſſima.

An reſcindenda, ſi ſine conſenſu parentum contracta?

§. XXXII. Deinde ſponſalia inſciis & invitis parentibus per benedictionem ſacerdotalem conſummata facile reſcindenda non ſunt, Dedekenn. *Vol. 3. Conſil. Theol. L. 4. Sect. 1. num. 12.* aut ſi copula ſaltem carnalis ea præceſſerit, vel ſubſecuta fuerit, injungitur conſummatio contrahentibus per benedictionem ſacerdotalem. Beuſt. *in Tr. de Matrim. c. 47.* Gerh. *in Loc. de Conjug. § 146.* Heig. *in pr. Inſt. de Nupt. num. 28.* Cypr. *de Sponſ. cap. 10. §. 10.* Reddit enim ex ſponſalibus clandeſtinis copula carnalis publica, licet

licet ejusmodi ſponſalia de Jure Civili inita & nulla eſſe videantur, ex mente *Imperat. in §. 12. Inſt. de Nupt.* dum omnis actus, contra LL. geſtus, eſt ipſo jure nullus, *L. Non dubium. 5. ff. de LL.* Quamvis autem hæc ſententia in plerisque Conſiſtoriis recepta, ſi tamen ſecundum regulas Juris examinetur, merito hæc immutanda. Certiſſimum enim eſt, ita favendum eſſe matrimonio, ne peccatum hac ratione inducatur, vel ad delinquendum invitentur liberi; hoc vero contingeret, ſi ſcirent parentes, non amplius impedire poſſe connubium, ſi ad corporum commixtionem acceſſerint, & fœdam libidinem nefario auſu expleverint; hinc ſaluberrime per Edictum Sereniſſ. Electoris Brandenb *de anno 1694. d. 15. Dec. Artic. 15.* cautum eſt, etiam matrimonium absque parentum conſenſu per copulam carnalem & benedictionem ſacerdotalem conſummatum, penitus annullandum eſſe. Hoc enim ſi viderint liberi immorigeri, eo facilius illicitos amores declinabunt, & reverentiam, parentibus debitam, ſanctiori cultu conſervabunt.

§. XXXIII. Ne tamen retenta priore opinione, liberis ejusmodi protervis parentes jure patriæ poteſtatis defraudare impune liceat, triplex illis pœna indicta. PRIMA eſt exheredatio, quæ tamen, cum in *Nov. 115. c. 3.* inter cauſas exheredationis non referatur, de Jure Civili vix obtinet, certa autem de Jure Saxon. ob text. in *Ord. Eccleſ. Tit.* VonEheſachen. §. VonEhegelöbniſſen. *verſ.* Würden auch ꝛc. *& Ord. Matrim. de Ao. 1624. punct. 1. §. eod.* ut & Brandenburgico, per allegatam *Conſtitutionem, Art. 14.* ubi ad dimidiam legitimæ conceditur exheredatio. SECUNDA eſt pœna carceris; qua inobedientia & malitia liberorum coerceetur; intereſt enim Reipublicæ, delicta puniri, *L. In delictis. §. Cum Dominus. ff. de Nox. act. L. Stichum, aut Pamphilum. ff. de Solut. L. Qui ſervum. 20. in pr. ff. de Interr. in jur. fac. L. Per omnes. 6. de Defenſ. civit.* TERTIA eſt emigratio; unde liberi, & copula carnali & clandeſtina deſponſatione parentes, in provinciis Elector. Sax. non tolerantur, ne ſcandalum per eos præbeatur, quin & alii ab ejusmodi crimine deterreantur, Carpzov. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 61. n. 14. & ſeqq.* Liberi tamen exinde nati pro legitimis habentur, & patri ſuccedunt, haud ſubſecutis licet nuptiis, Carpz. *P. 3. C. 14. def. 12.* Quod mirum, quia ad hoc, ut filius dica-

Pœna liberorum ſine conſenſu parentum nubentium.

tur

tur legitimus, & patri ſuccedat, neceſſe eſt, matrimonium non clandeſtine, ſed in facie eccleſiæ, vel ſaltem in præſentia amicorum fuiſſe contractum, *Dd. in Cap. ult. X. de Clandeſt. ſponſ.* Roland. a Vall. *Vol. 3. conſ. 94. n. 26.* Hoc tamen tantum procedit, ſi inter cotrahentes matrimonium aliquod impedimentum ipſis inſciis ſubſit, teſte Hartm. Pittor. *Obſ. 83. num. 10.* non vero, ſi nulla ſubſit prohibitio, matrimonium impediens, Abb. *in Cap. Per tuos. X. Qui filii ſint legit.*

De ſponſalibus juratis.

§. XXXIV. SPONSALIA JURATA dicuntur, quando promiſſio de futuris nuptiis celebrandis juramento vallata, *C. 17. X. de Sponſ.* Et ejusmodi ſponſalia certæ alicui perſonæ etiam intuitu Dei, h. e. propter ejus amorem & eleemoſynam pauperi faciendam jurata de Jure Canon. mutuo diſſenſu diſſolvi poſſunt, licet utrinque jurata ſint, Covarr. *in C. Quamvis pactum. de Pactis. Lib. 6. p. 1. §. 3. num. 1. & 4. de Sponſ. p. 1. c. 5. in init. n. 1.* Navar. *in Man. cap. 22. num. 25.* Menoch *de Arbitr. Quæſt. caſ. 103. n. 2.* Baſil. Ponce *in Tract. de Sacram. Matrim. Lib. 13. cap. 9. num. 1.* quia juramentum per ſe non pertinet ad faciendam obligationem, nec ejus ſubſtantiam immutat, ſed eam confirmat juxta ſuam naturam, quàm habet a Lege, *C. Quemadmodum. 25. X. de Jurejur.* Sed omnis obligatio, quæ partium conſenſu perficitur, ex natura rei diſſolvitur earundem diſſenſu, ergo licet juramentum accedat, diſſolvi poteſt, quia juramentum promiſſorium in gratiam partis principaliter factum ab eo remitti poteſt, *C. 1. de Jurejur.* Bart. *in L. Labeo. 40. num. 4. ff. de Jurejur.* Roland. *Lib. 3. conſ. 99. n. 5.* Jam ſponſalia juramento firmata principaliter fiunt in favorem partis alterius, ergo ab illa remitti poterunt; nam cum materia juramenti, cui acceſſit, ſit promiſſio facta homini, altero remittente promiſſionem, ceſſat obligatio juramenti, quæ in illa fundabatur. *C. Debitores. de Jurejur.* Quod nec a Jure Romano abſonum, *L. 1. C. de Sponſ. L. 2. C. de Repud.* induit enim juramentum naturam actus, cui accedit, nihil autem tam naturale eſt, quam eo modo quidve diſſolvi, quo (ſcil. mutuo conſenſu) colligatum eſt, *L. 35. ff. d. R. J.* de quo dictum eſt pluribus *Sect. 3. §. 30.*

§. XXV.

§. XXXV. SPONSALIA NON JURATA, quæ sine juramento sunt contracta, *C. 1. & 16. X. de Sponſ. duor.* ad quæ validius corroboranda contrahentes interdum quidem literis sangvine suo rutilantibus, prout de testamento militari in clypeo vel vagina scripto loquitur Imperator. in *L. 15. C. de Testam. milit.* matrimonium sibi promittere solent, (Sie verſchreiben ſich mit ihrem eigenen Blute;) Sed tamen hæc obligatio non majus vinculum, sed majorem tantum animi deliberationem inducit; ex consensu enim nascitur obligatio, non ex pictura vel figura literarum, *arg. L. 38. ff. de O. & A.* ut hinc in effectu nihil interſit, an atramento, an sangvine fidem suam declaraverit sponsus. *De ſponſalibus sangvine confirmatis.*

CAPUT II.

DE CONCURSU SPONSALIORUM PUBLICORUM INTER SE.

§. I.

CUm furor amoris, plus æquo hodie prædominans, eo libidinosa hominum quorundam pectora cogat, ut contractis sponsalibus de præsenti prioribus, alibi malitiam & errores suos egregia fide tegant, & ad paria se transferant vota secunda, ideo de concursu sponsaliorum publicorum inter se, paucis hic disquirendum erit, pro cujus decisione in anteceſſum subsequentem submiſtro regulam: quoties bina sponsalia publica concurrunt, toties priora posterioribus præferenda, etiamsi ad hæc copula carnalis, vel juramentum acceſſerit, per *C. Si inter virum 31. X. de Sponſ. C. Is, qui fidem. 30. X. eod. C. 1. verſ. Si autem fecerit. Cap. Licet præter. verſ. Et ſi nupſerit. C. Tuas dudum. ult X. de Sponſ. duor.* *Publica priora præferuntur indiſtincte.*

§. II. Plures tamen in contrariam abeunt sententiam Dd. dicentes: servandum esse posterius promissum, & priori aliter satisfaciendum esse, quam matrimonio. Innoc. *in C. Veniens. n. 1. X. de Jurejur. ubi Immol. n. 4.* Anton. *C. Sicut. X. de Sponſ. in fin.* Moventur (1) quod omne juramentum, quod absque dispendio *Rationes pro poſterioribus, ſi copula vel juramentum ſalu-*

tum accesserit.

salutis servari potest, servandum sit, *C. Cum contingat. 28. X. de Jurejur.* & quod melius conscientiæ consulatur, si fides posteriori jurata servetur. (2) Sponsalia per copulam carnalem consummata de Jure Divino longe fortiora esse, quam solo consensu contracta, nam per cópulam duo efficiuntur in carne una, *Gen. cap. II. v. 24. Matth. XIX. v. 5. 1. Corinth. VII.* quæ potissima causa est, ob quam individuum redditur matrimonium. *C. Ex publico. X. de Convers. conjug.* Et sponsus & sponsa per concubitum se sibi in vicem tradunt, Tiraquell. *de Retract. Conv. ad fin. tit. num. 77.* traditio autem irrevocabile transfert dominium in corpus alterius. *1. Corinth. VII.* (3) Quod privilegiatus contra privilegiatum non utatur privilegio, *L. 25. & 26. ff. de Minor. L. 2. C. de Privileg. fisc.* & par in parem non habet imperium, *L. Ille, a quo. 13. §. A quo. 4. ff. Ad SCtum Trebell.* hic vero duæ sint, quæ dicantur conjuges, prima & secunda, pares ergo: quare prima uti nequit privilegio, ut repetat maritum a secunda; quæ ei jam conjuncta: (4) Quod potior sit, quæ possidet, quamvis ultima, *L. Quoties. 15. C. de R. V.* (5) Libera esse debeant matrimonia, *C. Cum locum. 14. C. Gemma 29. X. de Sponsi L. Titia. 134. ff. de V. O. L. 2. C. de Inutil. stipul.* id quod non fieret, si ad priorem redire cogatur. (6) Quod omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvi debeat. *C. 1. de Reg. Jur. in 6. L. Nihil tam naturale. 35. ff. eod.* Ergo sicuti posterius matrimonium solo contrahentium consensu nititur, ita sine consensu posterioris sponsæ dirimi non potest; jam autem præsumtio consensus in posteriori fœmina, cujus damnum ob copulam carnalem hoc in passu maxime vertitur, non cadet. (7) Duo vincula arctius ligare atque stringere, quam unum. *Auth. Itaque. C. Commun. de succes.*

Respondetur, juramentum non operatur contra jus tertii.

§. III. Sed respondeo ad (1.) Non debet juramentum esse vinculum iniquitatis, nec valet in præjudicium tertii, per *cit. C. Cum contingat. C. Non est obligatorium. de Reg. Jur. in 6.* & quia per sponsalia priora Deo insimul quæsita est obligatio, juramentum posterius hanc Deo quæsitam obligationem auferre non valet, exulatque sic omnis conscientiæ scrupulus, Alex. de Novo *in C. Sicut. X. de Sponsi. n. 12. & 13.* Tabiena *Qu. 6. num. 7.* Carrer. *de Sponsi. L. 1. c. 11.* Sanch. *de Matrim. Lib. 1. disp. 50. n. 2.* Plures rationes vide supra *Sect. 1. §. 37.* Ad (2.) Sponsalia posteriora ob copulam

Nec copu-

pulam carnalem ultra conſenſum intercedentem, non majoris ſunt firmitatis & roboris, quam priora, cum conſenſus, non concubitus, faciat nuptias, *L. Nuptias. 30. ff. de R. J. L. fin. C. de Repud. C. Sufficiat. cauſ. 27. qu. 2. C. Cum locum. X. de Repud.* & iniquum foret, ſi illicite coeundo ſponſus jus priori legitime quæſitum doloſe ſubtrahere poſſet. Nec faciunt in contrarium textus Sacri Codicis ibi enim ſupponendum nulla priora ſponſalia præceſſiſſe, hæc enim faciunt, ne alteri ſe deſpondere poſſit, quo ſuppoſita copula carnalis pro illicita reputanda, quæ effectum Juris habere nequit; nam Jura deceptis, non decipientibus, ſuccurrunt. *L. Auxilium. 37. ff. de Minor.* Imo quod ab initio non validum eſt, tractu temporis convaleſcere nequit. *C. Non firmatur. de Reg. Jur. in 6to. L. Quod ab initio. ff. eod.* Jam autem tempore contractus poſteriorum ſponſaliorum promiſſio erat illicita & minus obligatoria, per *L. Generaliter novimus. 26. ff. de V. O.* Ergo accedente copula carnali firmari non potuit. Traditio etiam corporis, quæ poſteriori ſponſæ facta, vitioſa, non enim plus juris in ſecundam transferre potuit ſponſus, quam ipſe habuit, *L. 54. ff. de R. J.* ex prioribus vero ſponſalibus dominium corporis ad potentiam copulæ jam eſt translatum in ſponſam, ad minimum hoc effectu, ne ſponſus jus aliquod in ſuam perſonam jam alteri obligatam, poſteriori concedere, aut in aliam uxorem eandem copulæ potentiam transferre potuerit, *arg. C. Quod autem. X. de Jure patron.* Auguſt. Barboſ. *ad C. 31. de Sponſ. n. 4.*

la carnalis priori ſponſæ nocet.

§. IV. Ad (3.) R. Secundam dici de facto conjugem & privilegiatam, non vero talem eſſe, ſed adulteram & meretricem, *arg. L. Si Uxor. 13. §. Divi. 3. ff. ad Leg. Jul. de Adult.* Non enim minor eſſe debet caſtitas ſponſi, quam ſponſæ, Carpz. *in Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 88. num. 13.* quamvis igitur eſſet utrinque par ratio nominis, non tamen juris aut temporis, quæ autem potior tempore, potior eſt jure, *Cap. pen. X. h. t. C. Eum, cui Canonicatus. de Præb. in 6. L. Potior. 11. ff. Qui tot. in pign.* Ad (4.) Sola poſſeſſio non tribuit jus, niſi titulo aliquo legitimo fulciatur, *L. un. C. Si de moment. poſſeſſ. appell. fuer.* Ad (5.) Libera eſſe matrimonia, antequam contrahantur; at poſtquam contracta, libertas tranſit in neceſſitatem obſervandi promiſſa, exemplo aliorum contractuum, *L. In commodato. 17. §. Sicut. 3. ff. Commod.* Ad (6.) Pertinet

Concubitus cum poſteriore eſt adulterium.

quidem ad contrahentes, ſolo conſenſu inire matrimonium; ſed ille ſolus conſenſus de conjunctione matrimonii ſecundum leges & jura de eo diſponentia capiendus, vid. *L. Non dubium. 5. C. de LL.* Et ultra adeſt Dei auctoritas in conjunctione priorum ſponſaliorum, qui fidem datam violare prohibet; quod Deus conjunxit, homo non ſeparet, Deus enim ſeparare poteſt, *C. Inter corporalia. X. de Transl. Epiſcop.* quapropter poſterioris diſſenſus minime conſideratur, cum huic nullum jus quæſitum ſit. Ad (7.) Vinculum ſcelere colligatum, effectum juris habere nequit. Bis enim peccavit ſponſus, primo, quod fidem poſteriori dederit, quam dare non poterat, deinde quod contra fidem, priori datam, cum hac concubuerit, & ita adulterium commiſerit. Hinc duplicitas vinculi, contra bonos mores colligati, nihil operari poteſt, hinc manet firmum, ſponſalia priora de præſenti poſterioribus, non obſtante copula carnali & juramento, præferri. Covarr. *de Sponſ. P. 2. c. 7. §. 3. n. 5.* Menoch. *de Præſumt. L. 3. præſ. 1. n. 17.* Valer. Reginald. *in Prax. for. pœnitent. Lib. 31. n. 72. in fin.* Auguſtin. Barboſa *ad C. Licet 3. X. de Sponſa duor.* Id quod de Jure Saxon. minus dubium, ob *Ordin. Eccleſ. Tit.* Von Eheſachen. *Punct.* Von Ehegelöbniß. §. Würde ſich aber die Perſon, ſo ſich mehr denn eins verbindlich verlobet, mit der letzten Perſon fleiſchlich einlaſſen, ſo ſoll der erſten verlobten unſchuldigen Perſon nichts deſtominder frey ſtehen, ob ſie ſich mit dem Verbrecher verſühnen will, ꝛc. quæ ſanctio repetita legitur in *Ordin. Matrim. de Ann. 1624. punct. 1. §.* Würde ſich aber. *junct. §.* Es ſoll aber. Si autem prior ſponſa ipſa non appetat matrimonium, poſteriora ſane firmiter ſubſiſtunt, Beuſt. *de Sponſ. c. 10. pag. 14.* nam illa juri pro ſe introducto libere renunciare poteſt, *Per L. pen. C. de Pact.*

De duplici vinculo illegitimo.

Quid ſi ad poſteriora acceſſerit benedictio ſacerdotalis?

§. V. Sed ſupereſt gravis admodum controverſia, cujus diſcuſſione haud parum torquentur Dd. Quænam ſcil. ſponſalia publica, ſi poſteriora per nuptias & benedictionem ſacerdotalem fuerint conſummata, præferenda ſint? Alii pro prioribus alii pro poſterioribus glorioſe militant. Affirmativam pro poſterioribus apprehendit Carpz. *in Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 66.* eamque non obſtante, quod contrariam opinionem antea in *Pract. Crim. p. 2. qu. 67. n. 59.* ipſe amplexus fuerit, acriter defendit, poſt alia ratiocinans: quod, etſi in ſponſalibus plenus ſit partium con-

contrahentium conſenſus, & ita quoad contrahentium voluntatem nihil ipſi matrimonio deeſſe videatur; attamen cum eo modo & ratione ſponſalia fuerint contracta, ut conjugium pro perfecto non habeatur, priusquam ſit ab eccleſia ſolemniter approbatum, confirmatum & benedictum, non poterunt priora ſponſalia matrimonio jam conſummato prævalere. Porro urget alias otioſum fore trinam ex ſuggeſtu proclamationem: Hat Jemand etwas darein zu ſprechen, der thue es bey zeiten, und ſchweige hernach ſtille, ꝛc. Ad textus etiam Juris Canonici reſpondet: *Dicant Pontifices, quicquid velint, non certe auctoritas ipſorum tantum valere debet, ut ſcandalo feneſtra aperiatur*, quod aſſertum ſuum præjudicio *Conſiſtor. Suprem. Dresdenſ de Anno 1628.* confirmat, imo in eod. *Conſiſt.* haud ita pridem *Anno 1674. d. 29. Maji*, In cauſa illa famoſa *M. W. Curator. Actor.* contra *J. G. S. reum* & *H. H. intervenientem* pronunciatum memini: Daß es geſtalten Sachen nach bey der zwiſchen Beklagten und Intervenientin vermittelſt Prieſterlicher Copulation und erfolgter ehelichen Beywohnung vollzogener Ehe billig zu laſſen, es iſt aber Beklagter Klägerin vor die zugefügte Schwängerung, die ihr nach Gelegenheit dieſes Falls an ihren Ehren unnachtheilig, gebührenden Abtrag zu thun, ingleichen die auf den Proceß gewendete Unkoſten auf vorgehende Liquidation und unſere Ermäßigung zu erſtatten ſchüldig; Es wird auch wider Beklagten wegen der bey währender dieſer Sache wider unſer Verbot, verübte ärgerliche Begünſtigung vermittelſt der weltlichen Obrigkeit allhier mit der Inquiſition billich verfahren.

§. VI. Sed veriorem exiſtimo contrariam ſententiam, ob ſupra allegat. *Cap. Si inter virum. 31. X. de Sponſ.* & ibi plures citat, textus contra has expreſſas ſanctiones, cum non pugnet cum noſtra religione, ex ficta æquitate judicare, & ingenio ſuo nimis indulgere, periculo um & ſacrilegii inſtar eſt. Vid. Berlich. *P. 4. concl. 38. num. 66. & ſeqq.* Dn. Moller. *in Comm. ad Conſt. Elect. 20.* Jacob. Thoming. *Conſil. 52.* Erubeſcimus enim merito ſine Lege loqui, per *Nov. 18. in fin.* hinc B. Lutherus in *Libell. de Cauſ. matrim.* optime monet: Wie wenn einer mit der andern Frauen Kinder hätte, und mit ihr lange Zeit zu Hauſe geſeſſen, und in eine Nahrung gekommen? Antwort, es hilfft nichts

Defenditur matrimonium hoc reſcindendum eſſe.

darzu, weil er der ersten öffentlich vertrauet, und ihr rechter Ehemann ist, kan er die andere mit den Kindern nicht behalten.

Respondetur rationibus contrariis.

§. VII. Imo si remotis textibus sola ratione Juris pugnandum, nihil concludunt, quæ pro posteriori matrimonio sustinendo adducuntur argumenta. Nec enim vis illa in benedictione sacerdotali constitui potest; nam si Ecclesiæ Minister sciisset, alia sponsalia publica exstare, nunquam illos copulasset. Deceptus ergo est Ecclesiæ Minister, & decepta quoque ecclesia, ut hinc copula sacerdotalis ignoranter adhibita in actu doloso & fraudulento eum legitimare nequeat, cum nec Pontifex, nec Imperator confirmando negotium aliquod, de vitiis latentibus & ignoratis dispensasse censeantur. Ad scandalum ut provocetur necessum non est, nescio enim, annon sententia contraria pluribus scandalis occasionem sit, suppeditatura, unusquisque enim sponsæ prioris pertæsus, aliam sibi desponderet, & ad loca remota se conferret, & ibi per mendacia copulam sacerdotalem extorqueret, qui actus contra Leges & Consistoriorum Ordinationes gestus nullitate manifesta laborat. *L. 5. C. de LL.* Imo quamvis trina ex suggestu proclamatio accessisset, si tamen illa ad notitiam prioris sponsæ pervenire non potuerit, ejus juri præjudicare non valebit.

Confirmatur præjudicio.

§. VIII. Id quod etiam adhuc hodie in praxi obtinet, & modo allegatum præjudicium Consistorii Suprem. Dresdens. in eadem causa *Anno 1674. d. 25. Julii*, in Supremo Appellationum Judicio Dresdensi penitus correctum fuit, & haud ingratum fore spero, tenorem sententiæ hic annectere: Daß die eingewandte Appellationes in ihren Formalien beständig, und zu gebührender Rechtfertigung anhero erwachsen; Materialia und zwar Klägerin Appellation betreffend, erscheinet aus denen Acten, und der Parteyen rechtlichen Einbringen so viel, daß wohl appelliret, dahero die Intervenientin sich Beklagtens Beywohnung hinführo gänzlich zu enthalten, Beklagter aber derselben, biß zu ihrer anderweiten Verehligung, wie auch den mit ihr erzeugten Kindern gebührende Alimenta auf der Obrigkeit Erkäntniß und Moderation zu verschaffen schuldig, jedoch ist solches alles Intervenientin und ihren Kindern an ihren Ehren und guten Namen unnachtheilig; Hingegen wird Beklagter wegen seiner Leichtsinnigkeit und gegebenem

benem groſſen Aergerniß von der Obrigkeit allhier billich in Straſſe genommen.

§. IX. Quæ ſententia poſtmodum etiam in leuterationis inſtantia *d. 21. Julii Anno 1695.* confirmata eſt, ob quam filia, ex poſteriori matrimonio procreata, ſe gravatam dicens in oberleuteratione per modum interventionis reſtitutionem petiit, nihilominus tamen, licet cum annexa aliquali declaratione *die 10. Nov. 1675.* in prælaudato Appellationum Judicio Supremo pronunciatum fuit: Daß die eingewandten Ober-Leuterungen nicht zuläßlich, es hat auch die geſuchte Reſtitution und Intervention nicht ſtatt, es wird aber das von S. N. mit der N. erzeugte Kind zu deſſen Succeſſion künfftiger Zeit billich zugelaſſen. Quæ ſententia tandem vires rei judicatæ conſecuta eſt, ut ſic nihil difficultatis a parte priorum ſponſaliorum hodie in praxi remaneat. *In leuteconfirmato.*

§. X. Ulterius adhuc quæritur: (1) An, ſi, poſtquam contracta ſunt poſteriora ſponſalia, ſubfuerit juſta & ſufficiens cauſa recedendi a primis, puta ob adulterium, ſtuprum, vitium corporis, vel aliud ſuperveniens impedimentum, ſponſus teneatur ad poſteriora? Quod affirmatur, quia hæc contrahens tali in caſu minime peccat, uti bene docet Sylveſt. *verb. Sponſalia. quæſt. 10. ribus ſub dict. 3.* promiſſio enim publica priori ſponſæ facta hanc tacitam admittit conditionem, ſi res in eodem ſtatu manſerit, vel ſponſa prior nihil contra datam connubii fidem commiſerit, hoc ſi factum ſponſus ab obligatione immunis eſt, & hinc poſteriora ſponſalia erunt valida, & juramentum obligabit. Sanchez. *de Sponſ. Lib. 1. diſp. 50.* *An poſteriora ſponſalia obligent, ſi in priori peccet, uti bene docet Sylveſt. verb. Sponſalia. quæſt. 10. ribus ſub dict. 3.* promiſſio enim publica priori ſponſæ facta hanc tacitam admittit conditionem, ſi res in eodem ſtatu manſerit, vel ſponſa prior nihil contra datam connubii fidem commiſerit, hoc ſi factum ſponſus ab obligatione immunis eſt, & hinc poſteriora ſponſalia erunt valida, & juramentum obligabit. Sanchez. *de Sponſ. Lib. 1. diſp. 50.*

§. XI. (2) Gravius dubium eſt, quando ſecunda ſponſalia non fuerunt valida, quia contrahens primis ligatus erat, nec erat juſta recedendi cauſa, utrum, ſi ante celebratum matrimonium cum priori diſſolvantur ſponſalia, teneatur ſponſus ad poſteriora? Affirmat hoc Covarruv. *4. Decret. 1. p. c. 4. §. 1. num. 15.* & probat, quia licet poſteriora vi ſponſaliorum non tenuerint, valuere tamen vi promiſſionis; quod etiam urgentius probari videtur ex *C. Quidam. X. de Converſ. conjugat.* & juramentum rei illicitæ adjectum, ſi poſtea licita fiat, obligat, ut teſtatur Navarr. *Summ. Latin. cap. 12. n. ult.* Verius tamen eſt, minime teneri, quia poſteriora minime valuerunt, etiam non ratione promiſſionis, cum rei illicitæ *Negativa defenditur?*

citæ promiſſio fuerit: & quod ab initio validum non fuit, tractu temporis non convaleſcit. *Reg. Non firmatur. d. R. J. in 6to.* Abb. *C. Placuit. n. 4. de Converſ. Conjug.* Nec votum de re impoſſibili obligat, ea poſſibili facta, juxta *Fr. Penna*, quem refert & ſequitur Lud. Lop. *1. p. inſtruct. c. 43. verſ. ſtultum eſt.* Sanchez. *cit. loc. n. 6.* Sic ergo & in præſenti caſu, cum aliis ſponſalibus ligatus fuerit, nullo modo fidem ſuam alteri adſtringere, & ex ea teneri poterit. *ib. n. 7.* Niſi tamen novo conſenſu ratificaverit, quod poſteriori ſponſæ antea nulliter promiſſum; ſic enim ex nova cauſa naſcitur obligatio ſponſalitia.

De ſponſalibus poſt diſceſſum ſponſi contractus.

§. XII. De cetero, ſi ſponſus contractis ſponſalibus publicis in terram remotam ſe transferret, & ſponſa interim ſeſe alii ſimiliter deſponderet, priori reverſo, quisnam ſit præferendus, quæritur? Videtur hæc quæſtio Domitiana, quia ſuperius jam regula de prælatione priorum data; ſed revera non eſt; cum rationes dubitandi hic emergant maximæ: (1) Quod ſponſa ſponſo inſcia ipſa in terram remotam ſe transferente a nexu ſponſaliorum ſoluta ſit. *C. De illis. 5. X. de Sponſ.* Coninch. *Diſp. 23. concl. 6. dub. 6.* Nec ſponſum domicilium mutantem ſequi teneatur, eſt enim grave onus, cui ſe per ſponſalia non ſubjicit, Baſil. Ponce *de Sponſ. Lib. 12. c. 15. n. 1.* Paul. Laym. *L. 5. Tract. 10. p. 1. c. 2. n. 15.* Sed ipſi liberum erit, alia ſubire vota, per *d. C. De illis.* (2) Si de Jure Civili ſponſum intra provinciam degentem biennium, extra provinciam triennium expectaverit, vota ſua ut patiatur diutius eludi, non eſt obſtricta, per *L. 2. C. de Sponſ. & L. 2. C. de Repud.* Quæ Leges nec de Jure Can. correctæ, quia textus *in d. C. De illis.* loquitur tantum de ſponſo, domicilium mutante, non de eo, qui diſcedit, reverſurus, Menoch. *de Arb. lib. 2. caſ. 455. num. 7.* Matien. *Lib. 5. recop. Tit. 1. Rub. Gloſſ. 1. num. 48. Rebell. L. 4. qu. 8. Sect. 3. num. 2. & 3.* imo nec tanto temporis ſpatio, in primis ſi periculum incontinentiæ ſubſit, indiget. Sanchez. *diſp. 54. n. 6.* Guttier. *cap. 30. num. 3.*

Reſolvitur per diſtinctionem.

§. XIII. Verum res tam crude capienda non eſt, cum ſponſaliorum obligatio ita firma ſit, ut pro cujusque arbitrio diſſolvi nequeat, neque fas ſit cuilibet, ſe propriæ cauſæ Judicem conſtituere, ſed diſtingvendum, (1) utrum ſponſus ex cauſa aliqua neceſſaria, puta ob parentum mortem, vel ob grave ali-

ve aliquod negotium, diſcedat reverſurus, an non; illo caſu ſi factum eſt ex conſenſu ſponſæ, tenetur ipſa expectare ſponſum ad negocii ſeu peregrinationis finem, per *L. Sæpe. 17. ff. de Sponſ.* vel donec certa ſit, ſponſum non eſſe de proximo rediturum, Abbas *in C. de illis. in fine. Præpoſ. n. 5.* Hoc vero caſu ſubdiſtingvendum, an ſponſus ex juſta cauſa aut culpa ſua in itinere detineatur, priori caſu v. g. ob ægrotationem vel aliam cauſam ſonticam ſponſa a vinculo ſponſaliorum non liberatur, ſed hæc interim contracta ſunt irrita & nulla, iniquum enim foret, alterum jure quæſito ob defectum ſuum inculpabilem privare, Coninch. *Diſp. 23. concl. 4. dub. 6. num. 46.* Guttier. *de Sponſ. c. 24. num. 10.* Caſu poſteriori ſponſa ſponſum legitime (quod per citationem edictalem expediri poteſt) requirere debet, ut intra certum tempus ad matrimonium celebrandum redeat, qui ſi nullus compareat, nec ſponſam, ſe in itinere juſto impedimento detentum & brevi reverſurum eſſe, certiorem faciat, præbuiſſe cauſam, præjudiciis affirmat Carpzov. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 3. def. 57. num. 1. 18. & ſeq.* & pars innocens prævia cauſæ cognitione impune ad alia convolare poteſt ſponſalia, pœna delertorem manente. *ibid. num. 19.* Quæ autem dicta ſunt de ſponſo, a fortiori procedunt in ſponſæ abſentia, tum quia ſponſus & ſponſa ſunt correlativa, & diſpoſitum in uno, in alio cenſetur diſpoſitum, quando ſubeſt eadem ratio, ut in præſenti Everard. *loco a Correlativo. n. 8.* tum quia ex abſentia ſponſæ ſiniſtra ſuſpicio concipi ſolet, (Man hält von reiſenden Jungfern nicht allezeit viel,) Bald. *L. 2. in fin. C. de Sponſ.* Alexand. de Nevo. *C. Illis. n. 16. X. de Sponſ.* Ut ita præſuppoſitis ejusmodi caſibus poſteriora prioribus prævaleant.

§. XIV. Similiter ſi ſponſa, fama perſvaſa, ſponſum abſentem diem ultimum obiiſſe, ad ſecunda tranſiret vota, ſponſo abſente reverſo, num ſecunda prioribus poſtponenda? Diſtingvendum inter certiorationem legitimam, vel moralem, & inter famam. Illa de Jure Civili vel per expectationem poſt quinquennium ſeu quadriennium, *L. Uxor. 7. C. de Repud.* vel adeundo Ducem belli, *Auth. Hodie. C. eod.* vel per nuntii certi & fide digni de morte prioris ſponſi deponentis teſtimonium verificatur, *C. In præſentia. 19. X. de Sponſ.* quanquam Bart. *in L. 2. §. Si dubitetur. n. 1. ff. Quem-*

Quid ſi ſponſus prior reputetur mortuus?

ff. Quemadmodum teſtam. aperiant. neget, unius teſtimonium, niſi aliis conjecturis adjuvetur, ſufficiens eſſe, quia unus teſtis *per L. Jurisjur. 9. C. de Teſtib* ſed textus *in cit. Cap. In præſentia.* eſt clarus, & ſufficit unius teſtimonium, quando major probatio haberi nequit. Guttier *de Matrim. c. 51. n. 2.* ita, ut hoc in caſu ſecunda ſubſiſtant. Hæc autem fama per ſe inſufficiens eſt ad præeminentiam ſeu ſubſiſtentiam poſteriorum ſponſaliorum, *C. Veſtra. X. de Cohabit. cleric.* niſi aliis adminiculis fulciatur, quæ prudentis arbitrio certitudinem faciunt moralem, ut ſi mors contigerit in bello diſtanti, vel ſponſus ſit ſenex, vel æger, vel non redeat, cum redire promiſit. Abbas *in C. in præſentia. n. 6. de Sponſ.* Navarr. *c. 22. n. 53.* Guttier. *c. 51. num. 4.* Quæ famam octo vel etiam decem teſtibus, qui id ipſum ex diverſis auctoribus fide dignis perceperint, comprobanda, ſicuti hæc omnia latius proſequitur Maſcard. *de Prob. Concl. 749. & Concl. 1074.* Thom. Sanchez. *diſp. 46. n. 16.* Leonhard. Leſſius *Lib. 2. de Juſt. c. 29. n. 144.*

CAPUT III.

DE CONCURSU SPONSALIORUM PUBLICORUM ET CLANDESTINORUM.

§. I.

Clandeſtina & publica ſponſalia concurrunt ſæpius.

SI quid eſt, quod magis hodie inſuper habetur, eſt ſane monitum illud Imperatoris *in Nov. 74 c. 4.* ut ii, qui furore amoris, quo nihil vehementius, & quem retinere, philoſophiæ ſit perfectæ, facile detinentur, abſtineant ſermone ad eas, quas amant. Quid enim frequentius? Quam ut juvenes ad virgines (inprimis nubiles) & vice verſa, literas amatorias, (Bublbrieffgen) quarum exemplar ex *L. Procurator. 61. §. 1. ff. de O. & A.* peti poteſt, dent, & inſciis, in quorum ſacris adhuc degunt, parentibus, vel remotis arbitris ad colloquia, ſi aliter fieri non

non poteſt, nocturna, (cum tenebræ ad ſubjiciendum aptiores ſint, *L. 1. §. 10. v. 3. ff. de Ventr. inſpiciend.*) licque tandem ad ſponſalia clandeſtina ſe invicem blande invitent, mox autem, pro re nata ad maturandam thalami conſcenſionem conſenſu parentum ad publica vota reſiliant, unde publicorum & clandeſtinorum ſponſaliorum oritur concurſus, cujus enodationem in ſubſequenti ſiſto Regula:

§. II. *Quoties ſponſalia publica & clandeſtina concurrunt, totiès illa præferenda, etiamſi hæc priora fuerint. c. 2. X. de Clandeſt. deſponſ.* Caſp. Eraſm. Brochmand. *in Loc. de Conjug. quæſt. 25.* Beuſt. *de Spouſ. c. 14.* Panorm. *in c. 2. X. de Clandeſt. deſponſ.* Contra contractum enim clam initum militat præſumtio fraudis & doli, qui ipſum annihilat. Salycet. *in L. 2. C. de Repud. hered.* Bald. *in L. 3. C de Summ. Trin.* Cravet. *Conſ. 129. num. 11.* Ergo nihil impedimento eſt, quo minus poſteriora publica præferantur Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 67. num. 14.* Nam quod de Jure non ſortitur effectum, non præſtat impedimentum, *Reg. non præſtat. de Reg. Jur. in 6to.* ita ut ſponſa ſpoliata clandeſtine contrahenti non ſit reſtituenda, utut alias regulariter ſpoliatus ante omnia reſtitui debeat, *C Redintegranda. c. 3. qu. 1. Cap. Ex conqueſtione. & Cap. Literas. X de Reſtit. ſpol.* quippe qui, in pœnam clandeſtinitatis, hoc beneficio privatur, *juxta Gloſſ. verb. legitime, in Cap. Ex transmiſſa. X. de Reſtit. ſpol.* Sanch. *de Sponſ. L. 3. diſp. 45.* *Regulæ, quod publica præferenda.*

§. III. Limitant hoc quidam: niſi ad clandeſtina poſterora concubitus acceſſerit, tunc enim ob majorem vitiatæ injuriam, ac publicam honeſtatem, clandeſtina præferenda volunt. *Vid.* Hahn. *ad Tit. de Sponſ. num. 3. p. 172.* Sed hæc ſententia vix admittenda, ob firmiſſimam obligationem, ex publicis ſponſalibus quæſitam, quam alter ſuo facto, ſcil. coeundo cum alia, mutare non poteſt; Alia tamen ratio foret, ſi ad clandeſtina acceſſerit copula, antequam publica ſponſalia contraxerat: per copulam enim clandeſtina ſponſalia publica fiunt, & indiſſolubilia, in tantum, ut contrahentes per benedictionem ſacerdotalem ea conſummare teneantur. Cypr. *de Sponſ. c. 10. §. 10.* Gerhard. *in Loc. de Conjug. §. 146. p. 228.* Beuſt. *de Sponſ. c. 14. p. 24.* quia per concubitum contrahentes fiunt una caro. *C 2. X. de Converſ. conjug. C. Lex divina. 27. q. 2.* Hinc ſi poſt ſponſalia clandeſtina ſponſam quis *Quid ſi coitus cum alia ante proteſtationem acceſſerit?*

cognoverit, postea cum alia virgine publica ineat, & eandem quoque defloret, priora nihilominus præferenda, per *C. 30. X. de Sponſ.* Viv. *in Ration. Lib. 4. Jur. Pontif. p. 19.* Tiraquell. *de Retract. Convent. ad fin. Tit. n. 77.* Victor. *de Sacram. n. 241. ſeqq.*

Quid ſi copula cum proteſtatione acceſſerit?

§. IV. Licet ſponſus præſente ſponſa priori & conſentiente proteſtatus fuerit, ſe nolle per hujusmodi copulam matrimonio conſentire, & hoc implere, Menoch. *de Præſumt. Præſ. 1. n. 15.* Maſcard. *de Prob. concl. 1027. n. 11.* Guttier. *de Sponſ. c. 51. num. 14.* Eſt enim hæc proteſtatio facto contraria, & nulla melior eſt conjectura conſenſus, quam ſi poſt ſponſalia, licet clandeſtina, deſponſati ſponte ſeſe commiſceant; niſi etenim ſponſos in eo facto maritalem animum habuiſſe exiſtimemus, neceſſum foret, delictum grave contra Divinum præceptum præſumere, jubent vero Divinæ & humanæ Leges, dubia in meliorem partem interpretari, *Matth. c. VII. L. Merito. pro Soc.* Bartol. *in L. Non ſolum. §. Sed ut probari. ff. de Nov. operis nunc.* Alciat. *de Præſumt. Reg. 3. pr. 1.*

Quid in foro conſcientiæ?

Quanquam contrarium quidam velint, eum, qui poſt ſponſalia per copulam conſummata matrimonium cum alia contraxit, in foro conſcientiæ teneri cum ſecunda permanere, ſi animo fornicario ad priorem acceſſit. Vincent. Butr. & Abb. *ad C. 30. X. de Sponſ.* Covarr. *de Sponſ. P. 1. c. 4. §. 1. num. 10.* Sot. *diſt. 27. qu. Art. 4. dub. 2.* Ducuntur eo fundamento, quod in foro conſcientiæ veritas, & non præſumtio locum habeat, ergo ſi verum prius in conſcientia non fuit matrimonium, poſterius in ea valebit; & præterea non eſſe debet fortius matrimonium illud, quod ab eccleſia ex copula præſumitur, quam quod verbis de præſenti palam contrahitur. Imo ſi aliquid impediret ſecundum matrimonium, quo minus in conſcientia valeret, hoc autem eſſet prius matrimonium, aut eccleſiæ conſtitutio; ſed prius non impedit, quia in conſcientia matrimonium non fuit, nec conſtitutio eccleſiæ id facit, quæ in foro exteriori tantum judicat ex præſumtione, ergo nihil remanet, quod impediat, in primis cum ſententiam hanc calculo ſuo adhuc approbare videatur, *C. Tua nos. 26. X. de Sponſ.* Sed Reſp. negando, prius copula munitum in conſcientia non verum eſſe matrimonium; ſi enim neminem absque ſcrupulo conſcientiæ lædere licet, neceſſario ſequitur, nec priorem in foro conſcientiæ, tanquam læſam & vitiatam, deſeri poſſe, præſertim cum

in

Digitized by Google

in dubio peccatum præſumere haud fas ſit, & ſi neceſſario præſumendum ſit minus credere oportet, hoc enim & proximi dilectio poſtulat. Socin. in *L. Cum quæritur. in fin. ff. de Rebus dub.* Aym. *Conſ. 6. n. 69.* Roland. *Lib. 2 conſ. 11. num. 37.*

§. V. Deinde eſt hæc præſumtio matrimonii ex copula inter deſponſatos oriunda, juris & de jure, ob *ſupr. cit. C. 30. h. t.* ut nulla in contrarium admittatur probatio, ne quidem per confeſſionem partis, quæ illi æquiparatur, *C. Super eo. X. de Eo, qui cogn. conſangv. uxor. & Zabar. ad h. cap. n. 2.* Felin. *hic, num. 8.* Nec obſtat, quod, contra præſumtionem juris & de jure admitti confeſſionem, velit Gloſſ. *in L. In Contractibus vero nullo modo. C. de non num. pecun. Paris Lib. 1. conſ. 112. num. 42.* Menoch. *Remed. recuper. n. 219.* Card. Tuſch. *Tom. 6. lit. P. concl. 614.* Hoc enim intelligendum, quando negotium, de quo agitur, tale eſt, ut partium conſenſu diſſolvi, vel mutari poſſit, quod in ſponſalibus non procedit; Nec facit, quod Gloſſ. *in C. Atteſtationes. X. de Deſponſ. impub.* ait, contra matrimonium confeſſionem admittendam eſſe; Reſp. Admittenda eſt confeſſio, ſi utraque pars matrimonio ſtare velit, aut alterius, ſi pro matrimonio, non contra matrimonium agatur. Covar. *de Sponſ P. 1. c. 4. §. 1. num. 4.* Menoch *de Arbitr. cauſ. 103. num. 9.* Hodie de Jure Canon. per *Concil. Trident. Seſſ. 24. de Reform. matrim. cap. 1.* videntur ceſſare matrimonia præſumta, ita ut eo jure attento, ſponſalia per copulam ſubſecutam, vel alios actus occulte habitos, jam non amplius in matrimonium tranſeant, niſi conſenſus verus & expreſſus præſtetur coram Parocho, vel teſtibus, unde ſæpius *alleg. C. 30. h. t.* per dict. text. Concil. Trident. ſublatum eſſe dicunt, Novar. *in Man. c. 25. n. 144. & ante c. 22. n. 28.* Perez. *Lib. 5. ord. tit. 1. Gl. 5. verſ. ſecundo corrigitur.* Azeved. *L. 1. num. 29. & 37. tit. 1. Lib. 5. nov. recop.* ut ſic, ſi huic ſententiæ ſtandum, omnis de poſterioribus præferendis exulet controverſia.

Au præſumtio ex copula admittat contrarii probationem?

Quid hodie apud Pontificios?

§. VI. Moribus tamen noſtris, non attento Concilio Tridentino, dubium non eſt, quin ſponſalia clandeſtina copula corroborata publicis poſterioribus præferantur. Carpz. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 69.* & ſuppeditat rationem B. Luth. *in Libell.* Von Eheſachen, verb. Soll die öffentliche vertraute Dirne der Billigkeit nach weichen, angeſehen, daß ſie den Schatz ihrer Ehren

Quid apud nos?

noch gantz hat, und damit gar wohl zur Ehe kommen kan, die Beschlossene aber ihren höchsten Schatz nach unsers Landes gestallt verwahrloset, und zur Ehe nicht wohl kommen kan ꝛc. Id quod nec parentes, utut initio prioribus præsumtis sponsalibus acerbissime contradixerint, impedire valent; non enim tam præfracte potestate sua abuti debent, ut cum manifesta mulieris vitiatæ seu devirginatæ injuria separationem, sibi nihil profuturam, quin potius scandalum causentur. Sunt verba Carpzov. *Jurispr. Consist. Lib. 2. def. 60. num. 9.* qui *cit. loc.* Consistorialem Lipsiensium & Wittebergensium observantiam, ut & Rescriptum Electorale, quo Supremo quoque Consistorio juxta eam pronunciare injungitur, annectit.

Liberi concumbendo jus parentis intervertere nequeunt.

§. VII. Quod si tamen hæc sententia accuratius examinetur, & æquitatis prætextus ad juris trutinam revocetur, apparebit nihil fundamenti huic opinioni subesse: quod enim adducunt, per copulam carnalem purgari vitium clandestinitatis, & ratum fieri conjugium, licet per se non sit legitimum, de quo Carpz. *d. def. 60. num. 10.* hoc admitto, si quæstio sit de solo præjudicio personarum desponsatarum, quarum altera admisso concubitu, & postea matrimonium consummare nolens, ad clandestinitatem provocare nequit. Sed alia ratio, si quæratur de præjudicio parentum, ubi liberi per coucubitum necessitatem adhibendi horum consensum tollere nequeunt. Unde in Edicto novissimo Brandenburgico contrarium dispositum esse constat, de quo supra dictum, *Cap. 1.*

Duobus de sponsa litigantibus, hæc sequestranda.

§. VIII. Porro quando duo de sponsæ fide data contendunt, nec constat, quis præferendus, sed metus subsit, ne alteruter sponsalia forsan clandestina copula carnali corroboraturus, sponsam, seu sponsalitio tractatu & sermone, seu etiam violentia ad eam adigat, tunc si probabilis sit timor alicujus violentiæ, qui per præsumtivas probationes etiam imperfectas, & quæ per se non sufficiunt, docetur, Francisc Person. *Lib. 1. Consil. 53. n. 14.* Hippol. Riminald. *Lib. 1. Consil. 52. num. 12.* & puella in domo parentum vel consangvineorum commoretur, potest & debet Judex Ecclesiasticus eam in loco tuto constituere, quia ad ipsum pertinet, ne damnum innocenti inferatur, neve matrimonia coacte fiant. *Cap. Cum locum. 14. de Spons.* ubi Abb. Præpos. & Dd.

Con-

Conſtituta puella in eo loco examinanda eſt a Judice interpoſito, juramento de fide data, cuinam ex illis duobus prius fidem dederit, factaque illius declaratione, non ſtatim illi viro tradenda eſt, tametſi velit, ſed concedendum eſt alteri colligitanti tempus probandi, ſibi prius fidem datam eſſe, & juxta illius probationem cauſa decidenda eſt, interim tamen permanere puella in eo loco *collig. ex d. cap.* Guttier. *de Matrim. c. 37. verſ. rurſus. num. 3.*

CAPUT IV.

DE CONCURSU SPONSALIORUM PURORUM ET CONDITIONATORUM.

§. I.

EXpoſitis igitur, qua brevitatis ſtudium amanti licuit, quadantenus quibusdam ſponſaliorum concurſibus, jam etiam ad concurſum purorum & conditionatorum progrediendum erit, quem tribus tantummodo verbis examinaturus in anteceſſum regulam præmitto vulgatiſſimam: *Quotiescunque concurrunt ſponſalia pura & conditionata, toties illa præferenda, C. Sicut ex literis. X. de Sponſ. C. 1. X. de Sponſ. duor.* Eſt enim hic purus ac perfectus conſenſus, unde præſens oritur obligatio, quæ nexum ad conſummationem matrimonii mox inducit. Et quamvis conditio exiſtens retrotrahatur, hæc retrotractio tamen ob impedimentum interveniens, ſcil. ob ſponſalia pura interim contracta, locum habere amplius nequit. Quod procedit, etiamſi hæc jurata, *C. pen. X. eod.* vel priora, *Cap. Adoleſcens. 32. X. de Sponſ.* *Pura conditionatis præferuntur.*

§. II. Sicuti autem hæc ſententia vulgo recepta eſt, non tantum inter Pontificios, ſed etiam Evangelicos, & ſecundum hanc pronunciari ſolet; ita tamen negari nequit, eandem falſo *munis ſententia.* niti fundamento, quaſi ex conditionatis ſponſalibus nulla ſit nata obligatio, quod fundamentum ſupra deſtructum eſt. *Sect. 1.* *Examinatur communis*

Quid si concurrant ante conditionis existentiam.

§. XXXV. Quod vero attinet casum concurrentium duorum sponsorum ejusdem puellæ, quorum uni sub conditione prius, alteri pure promissio facta; tunc si conditio adhuc pendeat, alter quidem jus agendi habebit, ut fidem pure datam servet, nec interventio ob promissionem conditionatam, tantæ efficaciæ erit, ut jus alterius purum impedire possit; cum pendente conditione nondum detur actio: quod si tamen postea conditio extiterit, actio salva ipsi manebit ad interesse. Quod si vero, antequam judicio concertent sponsi, conditio extiterit, & purificata promissio, nullus dubitò, in concursu utriusque pro priori pronunciandum, cum jus purum anterius vi retrotractionis habeat.

Quid si posterior sciverit priori sub conditione promissa esse sponsalia?

§. III. Hoc non facile quemquam negaturum credimus, si posterior, in pura connubii promissione se fundans, sciverit, priori jam sub conditione puellam se obligasse, huic ob dolum non magis favendum esse, quam posteriori emptori, qui scit, rem priori esse venditam, & ut hunc excludat, possessionem præoccupat, huic enim beneficium *L. Quoties. 15. C. de R. V.* non competere, ne ex dolo suo commodum consequatur, unanimis Dd. conclusio est ad *d. L. 15.* Cur ergo favendum hic esset sponso, per dolum puellam inducenti, ut a conditionata promissione recedat, & sibi fidem pure faciat.

Nisi copula accesserit.

§. IV. Ceterum limitatur sententia illa communis, §. 1. adducta, modo tali in casu sponsus cum sponsa non rem habuerit; sic enim degenerant in sponsalia pura, Cypræus *de Sponsal. cap. 12. §. 15.* Carpzov. *in Jurispr. Consist. Lib. 2. def. 25. num. 1.* quum carnalis copula idem operetur, quod consensus de præsenti, *L. De illis. 3. in fin. X. de condit. appos.* & in copulam consentiens a conditione recessisse, eique renunciasse videatur, & præsumtio sit pro matrimonio, *C. Per tuas. b. X. eod.* Hæc tamen præsumtio non nascitur, quando copula vere secuta non fuit, sed solum intervenit nisus & conatus ad eam. *C. fin. X. de Sponsal.* Menoch. *de Præsumt. Lib. 1. præs. 21. num. 2. & præs 57. num. 1.* Augustin. Barbos. *ad d. Cap. Adolescens. 32. num. 2. X. de Sponsal.* Licet sæpe nisus fuerit, & quicquid potuit, fecerit, ita ut per eum non steterit proveniendo ad actum proximum & immediatum, quia conatus non reputatur pro actu perfecto, Boer. *Decis. 316. n. 1.* Et

n. 1. Et affectus non punitur, niſi ſequatur effectus, Duen *Reg. 35.* Thomas de Thomaſet. *in Flor. leg. reg. 18.* Aloyſ. Ricc. *in Collect. deciſ. qu. 5. collect. 1895.* Card. Tuſch. *Tom. 2. lit. C. concl. 544.* Niſi in delictis atrociſſimis, Perez. *L. 2. gl. 3. d. 291.*

§. V. Porro hæc ſententia, de præferendis ſponſalibus puris, limitatur, niſi ſponſalia pura ex metu, in conſtantem virum cadente, contracta fuerint. Alogana *in Compend. Jur. Canon. p. 561.* Anton. Auguſt. *Collect. decret. 4. tit. 1. cap. 1.* Valer. Reginald. *in Praxi pœnit. Lib. 31. num. 75.* Ceterum matrimonium metu contractum dicunt ab eo, qui duxit in uxorem puellam, cum qua fuit repertus jacens in lecto a patre, vel aliis ejus conſangvineis, ipſum ſub comminatione mortis mox ad ineundum matrimonium compellentibus, quippe jus occidendi non habebant, & ita nec compellendi ad matrimonium. Marſil. *ſing. 268. v. Capias unam.* Sebaſt. Medic. *de Caſ. fortuit. P. 1. qu. 7. n. 57. v. 42.* Maſcard. *de Præſumt. Lib. 3. præſ. 4. num. 5.* Tuſch. *Pract. concluſ. lit. M. concl. 215. num. 9. 15. 19. & 22. & concl. 216. n. 2. & 3.* Valer. Reginald. *in prax. pœnit. L. 21. num. 79.* Si vero pater non veniſſet animo cogendi illum ad matrimonium, ſed animo propter ſtuprum ipſum verberibus excipiendi, ille autem precibus impetraſſet ab eodem patre, ne id faceret, ſed promitteret ſe filiam ejus accepturum in uxorem, tunc metus non eſſet incuſſus ad matrimonium, nec conventio illa eo reſpiceret, ut matrimonium obtineretur per metum, ſed videtur matrimonium oblatum in præmium non illatæ violentiæ, vel non factæ proditionis ſeu accuſationis, Baſil. Ponce *de Matrim. L. 4. cap. 19. num. 10.* & ſic latum videtur diſcrimen inter hunc caſum & eos, de quibus agitur *in L. Timorem. 7. & L. Iſti quidem. 8. ff. Quod met. cauſ.* *Quid ſi metus intervenerit?*

§. VI. Porro ſi ſponſalia pura poſteriora, ex capite aliquo, utpote impotentiæ, vel alia cauſa ſuperveniente, irrita fiunt, tunc ſponſus a priorum ſponſaliorum obligatione non eſt ſolutus, quia non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum. *C. Non præſtat. de Reg. Jur. in 6to.* Navarr. *c. 22. n. 23.* *Quid ſi ſponſalia pura fiant irrita?*

§. VII. Hinc oritur quæſtio, an ſponſus relicta ſponſa, cui ſub conditione vel de futuro promiſerat matrimonium, contrahens cum ſecunda, matrimonio diſſoluto morte vel ſimili ratione, *An conditionata ſponſa jus*

habeat matrimonio puro dissoluto?

ne, teneatur cum prima contrahere ipsa volente? Negant Palud. *in 4. d. 28. qu. 1. art. 1. concl. 4 n 8.* Azebedo *Nov. collect. Lib. 5. Tit. 1. n. 33.* Rodrig. *L. 1. summ. c. 245. n. 8.* Henriqu. *L. 11. c. 2.* Guttier. *C. 27. de Matr. n. 3.* Moventur illa ratione, quia obligatio, semel extincta, non reviviscit, *L. Qui res 98. §. 8. ff. de Solut. C. Quæris. de Consecr. dist. 4* At obligatio sponsalitia matrimonio cum alia contracto, extingvitur, ut colligitur *ex Cap. Sicut. 22. & C. Si inter virum. 31. X. de Sponsa. c. fin. 27. qu. 2.* Sed verius videtur, dissoluto matrimonio cum secunda, obligatum esse cum priori contrahere, si ipsa velit. Petr. de Ledesm. *q. 43. art. 6. dub. 2. num. 2.* Coninch. *Disp. 23. dub. 4. concl. 3. num. 32. Vega. L. 6. summ casu 125.* Ratio, quia matrimonium superveniens, etsi eo durante sponsaliorum conditionatorum executionem impediat, at illorum obligationem non extringvit, nec Jure Positivo, nec Naturali: Non illo, siquidem prædicti textus solum decidunt, contrahentem matrimonium cum aliqua debere cum illa manere, an vero solvatur a priori obligatione, ita ut soluto matrimonio non teneatur cum priori contrahere, nihil decidunt: neque hoc scil. Jure Naturali, ne matrimonium malitiose contrahens, commodum absque necessitate ex sua injustitia reportet, & pars relicta damnum, & juris quæsiti privationem; imo quoties priori vinculo supervenit aliud fortius diversæ rationis, vel aliud impedimento, quo minus primum impleatur, toties prius non extingvitur, sed suspenditur, Basil. Ponce *de Sponsa. L. 12. c. 13. n. 4.*

Quid si utraque sponsalia sint conditionata?

§. VIII. Quoties autem bina sponsalia utraque de futuro seu conditionata concurrunt, toties priora posterioribus præferuntur. *Cap. unic. de Sponsa. in 6to.* Quod procedit, etiamsi posteriora sponsalia juramento firmentur, licet *Innocent. in Cap. Veniens. num. 1 de Jurejur. & Immola. ibi num. 4.* contrarium velit, posteriora scil. sponsalia ob religionem juramenti prævalere prioribus non juratis; sed respond. hæc posteriora nullius valoris esse, utpote quæ sunt de re iniqua, & in præjudicium tertii, cui per priora sponsalia est jus quæsitum, hinc juramentum iniquitatis vinculum esse non debet, *arg. C. Cum contingat de jurejurando & C. Quamvis pactum. de Pact. in 6to.*

§. IX.

§. IX. Excipiunt quidam, si prima sponsalia ex aliquo casu cessent, vel quia ante consummatum matrimonium moritur sponsa, vel de Jur. Pontific. religionem ingreditur, quod tunc contrahens secunda implere obligatus sit. Covarr. *4. decret. p. 1. c. 4. §. 1. n. 10.* & Rebell. *Lib. 4. qu. 8. sect. concl. 4. in fin.* eo, quod secunda promissio, etsi tempore priorum sponsaliorum illicita sit; attamen prioribus sponsalibus sublatis, promissio in secundis sponsalibus facta, videtur valida, cum sit promissio absoluta, & absque ulla temporis limitatione, & sufficit, quod nunc cesset impedimentum. Sed verius, est nullam ex ea promissione, etiam juramento munita, obligationem contrahendi cum secunda nasci, secund. Sanch. *Lib. 1. disp. 50. num. 6.* Guttier. *c. 28. de Matrim. in fin.* Basil. Ponce *Lib. 12. c. 14. n. 2.* Coninch. *Disp. 23. dub. 4. num. 29.* Ratio est manifesta, quia, durante valore priorum sponsaliorum, nemo potest valide secunda sponsalia contrahere, quia nequit se alteri ad tradendum obligare, dum priori jam obligatus existit. Quod si dicas, id esse verum, durante priori obligatione, secus illa dissoluta; obstat, quod contrahens posteriora sponsalia, absolute se obligare intendat, non sub conditione, si priora sponsalia dissolvantur; sed absoluta obligatio est impossibilis, ergo ex secundis sponsalibus nulla contrahitur obligatio, *arg. C. Placet. 12. X. de Convers. conjug.* Imo, si initium vitiosum, ex postfacto non solet convalescere. *Sed quid si priora sponsalia corruant?*

§. X. Coronidis loco hunc casum subjungere lubet. Contrahuntur sæpiuscule sponsalia, certo die executioni nuptiarum designato, ubi non mox, elapso termino præfixo, desponsatis ad alia convolare licet vota, sed distingvendum, an terminus ad differendam usque ad illum diem obligationem, e. g. ne aliqua ratione matrimonium, quod maxime cupiunt, impediatur, an vero finiendæ obligationis causa, pura, si alterutri contrahentium intra illud tempus consummatio matrimonii expediret, v. gr. Ich will dich zur Ehe haben, wenn aber die Hochzeit nicht zwischen hier und Martini wird, so muß ich mir eine andere nehmen, ꝛc. sit præfixus? Priori casu non eapropter liber ab obligatione est, qui die designato sponsalia non implevit, nec secunda interim contracta præferuntur prioribus. Idem contingit in obligationibus solvendi pecunias quibus dies solutioni designatur, *Quid si ditis nuptiarum præfinita sit elapsa?*

non ut extingvatur obligatio, si solutio facta non sit; sed ut solvens intelligat, usque ad illum diem sibi permitti solutionem differre, eo vero adveniente, obligari, a qua obligatione non eximitur ob elapsum triennium solutioni determinatum, tametsi non potuerit solvere, quia ille terminus non fuit designatus ad finiendam obligationem; sed ad eam exequendam, & ut quoque ante diem solvi queat. *L. Continuus 137. §. 2. ff. de V. O. L. Celsus. 23. §. 1. ff. de Recept. arbitr.* Posteriori vero, quia non est obligatio absoluta, sed prædicto termino annexa, & ab eo dependens, de qua obligatione loquitur *L. Si fidejussor. 29. §. 6. ff. Mandat.* is per quem non stetit sponsaliorum executio, ab eorum obligatione liberatur, *C. Sicut. 22. X. de Sponsi.* Coninch. *Disp. 23. dub. 6. num. 42.* Ferdinand. de Castropalao, *de Sponsi. Disp. 1. punct. 24. n. 2.*

Sponsalia posteriora prioribus præfinitam contracta, prævalent.

§. XI. Et sic tenent, non obstantibus prioribus, post diem initia sponsalia secunda, etiamsi priora jurata fuerint, per *d. Cap. Sicut.* Per moram enim culpabilem sponsaliorum nexus rumpitur. Paul. Layman. *Lib. 5. sum. tract. 10. c. 2. num. 17.* Quod tamen sponsæ arbitrio relinquendum haud est, ne proprio amore decepta inique judicium ferat; sed interpellandus est Judex, qui negotio prudenter examinato, declaret moram esse sufficientem dissolutioni. Castrapalao *de Sponsi. Disp. 1. punct. 24. n. 1.* Quod ob præsumptionem, sponsam se noluisse obligare, ut longo vitæ tempore absque nuptiis esset; eo magis fieri poterit, Coninch. *de Sponsi. Disp. 23. dub. 6. num. 43. & 44.* Tutius autem erit in his & similibus casibus Magistratui Ecclesiastico sive Consistorio cognitionem causæ & circumstantiarum deferre, Beust. *de Sponsi. & matrim. p. 2. t. 27.* qua de re fusius tract. vid. Carpzov. *Jurisprud. Consist. Lib. 3. def. 58. & seqq.*

De actione contra sponsum, priora sponsalia reticentem.

§. XII. Coronidis loco hic quæritur, quod remedii competat sponsæ, quæ a sponso, priora sponsalia reticente, decepta est, & in specie, an actione injuriarum experiri possit? Negandum quidem hoc videtur, cum quod ex amore factum, injuriæ adscribi nequeat, utpote, quæ ex animo æstimatur, *L. Si non convitii. 5. C. de Injur.* Sed cum factum hoc per se illicitum sit, & inde contumelia in sponsam innocentem redundat, affirmativa verior. Unde in casu supra *Sect. 2. §. 38.* proposita inter alia quærebatur: Ob die *Actio injuriarum* wider A. H. S. als *Sponsum* hie-

hieſelbſt ſtatt finde? Et reſponſum eſt: Ob gleich an Seiten des *Sponſi* kein *animus injuriandi* vorhanden zu ſeyn ſcheinet, indem er um die Ehe ordentlich angeſuchet, und ſeinem Verſprechen nachzukommen erböthig iſt; Dennoch aber und dieweil derſelbe verſchwiegen, daß er ſich am andern Ort bereits dergeſtalt eingelaſſen, und dadurch er verurſachet, daß die geſchehene Verlobung zu vollenziehen inhibiret worden, auch dieſes *notorie* zu ſein und ſeiner Tochter Beſchimpffung gereichet, deßhalb die Dd. *actionem injuriarum* zulaſſen, Mev. *Part. 8. deciſ. 42.* Cothm. *Vol. 1. Reſp. 10. n. 253.* Soerſcheinet daraus allenthalben ſo viel, daß ſie A. H. S. *actione injuriarum* zu belangen wohl befuget ſeynd, V. R. W.

CAPUT V.
DE
POENIS PLURIUM SPONSALIORUM.

§. I.

NOn ſufficere puto, de concurſu diverſorum ſponſaliorum in præcedentibus egiſſe, cum etiam; annon impune bina ſponſalia aut ſub quali pœnæ commination ea contrahere liceat, non expediat; ideo pœnas binorum ſponſaliorum ut hic ſubjiciam, operæ pretium eſſe duco. Eſt igitur grave fidem geminatam fallere. *L. Hoc Edicto. 1. §. 1. ff. d. Conſt. pec. & L. 25. eod.* Quare crimen binorum ſponſaliorum non leve, ſed atrox, & ſpecies bigamiæ eſt. Carp. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. def. 63. num. 3.* Hinc pœnam hujus, quæ eſt ultimum ſupplicium, *Ordin. Crim. Carol. Art. 12. Conſt. Elect. Saxon. 20. p. 4.* etiam ad illud crimen extendenda videri poterat, præſertim cum uxoris nuptæ appellatione ſponſa & ſponſus mariti nomine veniant, juraque in uno loquentia, in altero quoque locum habeant, *L. Si ſponſa. ff. de Jure dot. L. 15. §. 24. ff. de Injur. L. 5. C. de Bonis, quæ lib. L. Titio centum. §. Titio genero ff. de Condit. & demonſtr. L. Julia. ff. de Fund. dot.* *An pœna ſit ultimum ſupplicium?*

dot. Sed consvetudine totius fere Germaniæ invaluit, ut sponsalia de præsenti non nisi post nuptias & benedictionem vel copulam sacerdotalem pro vero matrimonio habeantur. *Const. Elect. Sax. 24. p. 2.* Harpr. *in Rubr. tit. Instit. de Nupt. n. 7. & 191.* Unde nec pœnam bigamiæ ad crimen binorum sponsaliorum extendendam esse, fusius demonstratum dedit Carpz. *Pract. crim. p. 2. q. 97.*

Quid de Jure Divino?

§. II. De JURE DIVINO tamen, si sponsa fidem sponsaliorum violaverit, & alius ipsam cognoverit, extra mœnia civitatis rapi, lapidibusque interfici debet. *Deutr. XXII, 23. & 24.* & sic etiam intelligitur *C. Qui desponsatam. C. Si quis desponsata. C. Desponsatas. Caus. 27. qu. 2.*

De pœna Canonica.

§. III. De JURE CANONICO cum affectus conjugalis in plures fœminas dividi non debeat, quia ab initio una costa in unam fœminam, non in plures conversa est, *in C. Gaudemus. 8. X. de Divort. in C. 1. X. de Sponsa.* dicitur: *Transgressor Evangelicæ Legis subjiciatur pœnitentiæ, & ad priorem redire cogatur.* Unde apparet, pœnam pœnitentialem bina contrahenti sponsalia manere; quæ autem illa sit, non exprimitur, videntur enim pœnitentiæ hodie esse arbitrariæ, proque modo & qualitate delicti & personarum relinquuntur discretioni & arbitrio ejus, qui potest imponere. *C. 3 c. Quæsitum. de Pœnit. & remiss. C. Mensuram. de Pœnit. dist. 1. C. Tempora. 27. qu. 7.* At *in C. 2. X. de Sponsa duor.* certa hæc pœnitentia imponitur, *vers. accepisti eam in uxorem tibi, quam alter sibi desponsatam habuerat, dimitte illam, quia nunquam potest tibi fieri legitima, & quadraginta dies in pane & aqua, (quod carinam vocant) cum septem sequentibus annis pœnitcas.* Quod non intelligendum de continuis & per singulos dies, quasi per omnes pœnitentia agi debeat, sed per quosdam in unaquaque hebdomade, qui vulgo legitimæ feriæ dicebantur, scil. secunda, quarta, & sexta, *Cap. De illis & ibi gloss. 1. qu. 3. Sot. in 4 dist. 19. qu. 2. art. 5.* Covarr. *Lib. 4. Var. c. 20. num. 8.* Quæ pœnitentia in foro exteriori saltem locum habet, nam in foro animæ Presbyter, qui audit confessionem, secundum suum arbitrium poterit eam modificare inprimis si fœmina commiserationi se exponat. Perez. *L. 3. col. 4. v. punitur. p. 45. tit. 1. lib. 5. Ordin.* Aug. Barbosa *ad d. C. Accepisti. num. 2. & in Can. de Benedicto 32. 4. 1.* Pela-

Pelagius Pontifex, Mileto Episcopo scribens, jubet, scienter vivente priori conjuge conjunctos decalvari, & in monasterium detrudi.

§. IV. Proles etiam nata ex secunda conjuge, vivente prima, est illegitima, nec potest parentibus succedere. *C. Causam, quæ. 4. X Qui filii sint legit.* Quod cum aliquo temperamento capiendum, quando ambo conjuncti sciunt, vivere alium conjugem; alioquin si maritus, qui habebat sponsam viventem, secundam duxerit, insciam ejus matrimonii, quæ ei bona fide in facie ecclesiæ juncta fuerit, proles inde suscepta ante separationem, quamvis redeat postea ad primam, est nihilominus legitima & idonea ad succedendum, *C. pen. X. Qui filii sint legit.* Contrarium autem dicendum esset, si clam & non in facie ecclesiæ se conjunxissent, *C. Cum inhibito. X. de Clandest. desponsat.* Præter peccatum mortale etiam de quinque aliis adhuc pœnis *vid.* Valer. Reginald *in Praxi for. pœnitent. Lib 31. num. 74.* quo brevitatis studio me remitto, cum hæc ad nostra Consistoria non pertineant. *An liberi sint legitimi?*

§. V. De JURE CIVILI qui bina sponsalia eodem tempore contrahit, infamiam incurrit, *L. 18. C. ad L. Jul. de Adult. L. 1. in fin. L. 13. §. 1. & seqq. ff. de His, qui not. infam.* Gloss. *in L. Neminem. 2. C. de Incest. nupt.* cui Judex arbitrariam pœnam annectere potest, *arg. d. L. Eum, qui duas. 18. C. ad Leg. Jul de adult. Novell. 117. c. 11. vers Si autem præter hanc. Auth. Hodie. C de Repud. junct. L. Nuptias. 30. ff. de R. J.* & olim quadruplum, hodie duplum arrhæ restituere tenetur. Hartm. Pistor. *p. 4. qu. 206. num. 15.* *Pœna Juris Civilis.*

§. VI. In hoc autem non conveniunt Dd. utrum sponsus, qui fidem datam non servat, ad pecuniam & interesse conveniri queat. Negant hoc August. Barbosa *in C. Tuam. X. de Ordin. cognit.* & cum eo Basil. Poncius *de Sponsa. Lib. 12. c. 6. num. 3.* & Ponormit. *C. Ex literis. 2. num. 5. X. de Sponsa.* moventur, quia contrahens sponsalia præcise tenetur ad factum, h. e. consummationem matrimonii, factum autem hoc, ad quod tenetur, est res spiritualis, quæ nullo modo capit æstimationem: firmius tamen contrarium liquet ex *Gloss. verb. Matrimonia. ad fin. in L. Titia. 134. ff. de V. O.* quæ affirmat, sponsam ad interesse agere posse, quam testatur communiter receptam. Costa. *in L. Cum tale. § Si arbitratu. Limit. 5. ad fin.* Et idem videtur velle Gloss. *in L. 2. ff. de Sponsa.* Dyn. & Salic. *An ad interesse competat actio?*

Salic. *L. 1. C. eod. num. 5.* (Quorum fundamenta ſunt ſequentia (α) quia in ſtipulationibus facti poſt moram agitur ad intereſſe. Coraſ. *Lib. 2. Miſcell. cap. 3.* Dyn. *in Reg. Mora. de Reg. Jur. in 6.* Sponſalia vero ſtipulationem facti continent. ob *d. L. 2.* Ergo ex ipſis agi poterit ad intereſſe. (β) Si arrhæ peti poſſunt, *L. ult. C. de Sponſ.* neceſſario & intereſſe. (γ) Pœnæ legales in matrimonio non prohibentur, *L. Si ita ſtipulatio facta. 19. ff. de V. O.* intereſſe autem eſt pœna legalis, Bart. *ad L. Cum ſtipulatur. n. 4. ff. de V. S.* quod eo magis procedit, ſi intereſſe intrinſecum damni emergentis petatur, ut ſi magnis ſumtibus nuptiæ præparatæ ſint, vel ſi in veſtes, aut in obtinenda diſpenſatione expenſæ erogatæ, quo caſu, ſi poſtmodum ſponſus ſine cauſa ad alia vota convolarit, ad intereſſe conveniri poterit, actione de dolo, aut in factum. Salic. *in L. 1. C. de Sponſ.* tenetur enim unusquisque reſarcire damnum, quod ſua culpa datum eſt *Cap. ult. X. de Jurejur. L. 2. ff. ad Leg. Rhod.*

De actione injuriarum.

§. VII. Moribus tamen noſtris ſponſus fidem ſponſaliorum frangens, & ad alia tranſiens, reus ſit tum ad pœnam fiſco ſolvendam, tum ad actionem injuriarum a perſona, cui fides non ſervatur, inſtituendam; quod ductu pietatis atque honeſtatis ita receptum, ut violationes voti nuptialis non ſinantur impunes, ſed merito publicam vindictam ſentiant. Mev. *P. 8. dec. 42. n. 1.* Hoc, ut hanc gravem injuriam paſſa pars innocens aliquali damni reparatione gaudeat. Cothm. *Vol. 1. Reſponſ. 10. n. 253. & ſeqq.* Vide reſp. *in fin. C. præced. §. 12.* Nec obſtat, neminem duplici pœna afficiendum eſſe; reſp. pertinet hæc regula ad unum idemque delictum, & eundem delicti effectum atque pœnæ reſpectum; ſecus igitur, ubi varius & diverſus exiſtit, & delicta in eodem facto plura ſunt, uti hic in violatione fidei nuptialis duplex eſt delictum, & diverſus effectus, alter in ſcandalo publico & matrimonii dehoneſtatione, alter in injuria ſponſæ illata; ſingulis enim delictis ſingulæ pœnæ conveniunt, *L. 1. §. Nunc tamen. L. 2. §. 1. ff. de Tutel. & rat. diſtr. I. Nunquam. 60. ff. de O. & A. L. Vulgaris. 21. in fin. pr. ff. de Furt. L. Facienda. 8. §. 2. ff. Arb. furt. caſ.* Nec plura delicta una oportet coerceri pœna. *L. Nunquam. ff. de Priv. delict.* maxime cum reſultat diſtinctius reſpectus & effectus. Bartol. *in d. L. Nunquam. n. 4. & 11.* Pet. a Placha *in Epit. delict. Lib. 1. n. 18.*

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII. DE JURE SAXONICO ELECT. contrahentes bina ſponſalia præter notam infamiæ, carcere aliave pœna arbitraria puniuntur, per *Ord. Eccl. Tit.* Von Eheſachen. ſub *Punct.* Von Ehegelöbniſſen, ꝛc. §. Wenn ſich jemand mehr denn eins verbündlichen verlobet, zu ehlichen, und ſowohl auch die Perſon, ſo ſich mit derſelben anderweit verlobet, wofern ſie vom erſten Verlöbniß Wiſſenſchafft gehabt, antichtig ſeyn, und darüber mit Gefängniß oder ſonſten willkührlich geſtraffet werden, ꝛc. quæ verba repetuntur *in Ord. Matrim. de Ao. 1624. punct. 1.* Wenn ſich jemand. Et hæc pœna plerumque decernitur a Magiſtratu politico, cujus decilioni, facta ſponſaliorum poſteriorum diſſolutione, cauſa hæc committitur, Carpz. *Jurispr. Conſiſt. L. 2. def. 64. num. 4.* quod in praxi obtinere apparet *ex ſupra alleg. præjudicio. c. præc.* *Quid in Saxonia?*

§. IX. Inſuper autem ultra diſſolutionem & dictam pœnam adhuc decernuntur (1) Reſtitutio expenſarum, quas pars innocens fecit tam in ſponſalibus contrahendis, quam in lite proſequenda, Beuſt. *de Sponſ. cap. 15. v. inſuper ſolet.* ne duplici gravetur damno, & quæ privatur conjugio, ſumtibus etiam impenſis carere neceſſe habeat; afflicto enim non addenda eſt afflictio, *L. Divus. 14. ff. de Off. Præſ. L. 23. C. de Pœn.* & alias quoque in pœnalibus delinquens, cui dictatur pœna arbitraria, reſtitutione expenſarum gravari ſolet. Berlich. *P. 4. concl. 19. num. 16. & ſeq.* *Reſtitutio expenſarum.*

(2) Præſtatio alimentorum ad ſuſtentationem uxoris & liberorum ex poſteriori matrimonio ſuſceptorum, prævia Magiſtratus moderatione ſufficiens, donec & alia vota tranſeundi commoda naſcatur occaſio, ut liquet *ex præjudic. in Cap. præc. alleg.* *Alimenta.*

§. X. (3) Amiſſio arrhæ ſponſalitiæ, poſtquam enim, facta ſponſaliorum diſſolutione, omnia in priſtinum ſtatum ſunt reponenda, *arg. L. Quod ſi minor. ff. de Minor.* Menoch. *Vol. 3. Conſ. 783. n. 38.* non poteſt non repeti arrha, quam dedit pars innocens, ut ipſi ſuum reddatur, Carpz. *Jurispr. Conſiſt. L. 2. def. 51.* Nocentis vero arrha cedit Conſiſtorio. *ib. def. 64. num. 14.* Non enim competit indebiti condictio ei, qui fraudulenter & doloſe quid dedit, *L. Si ob turpem. 8. ff. de Condict. ob turp. cauſ. L. 1. C. eod.* Extra Saxoniam vero partem innocentem acceptam arrham retinere puto. vid. Hahn. *ad Weſenb. tit. de Sponſ. num. 5.* Quid vero juris, ſi ſponſa a ſponſalibus ex juſta cauſa diſcedat, an tunc ſuas *De arrharum amiſſione.*

recipiat arrhas? Hac de re ita caſu ſupra *Sectione* §. *38.* propoſito reſpondimus: Wollet ihr ferner belehret ſeyn, wie es mit denen Mahlſchätzen, wenn eure Tochter zurücke treten ſolte, zu halten? So ſcheinet zwar anfänglich, weil S. die getroffene Verlobung durch Prieſterliche Copulation zu vollenziehen ſuchet; hingegen der Herr und ſeine Tochter die Trauung allein begehren, daß ſie daher die empfangene Arrhas gedoppelt, oder da ſie noch nicht zu ihrer Mündigkeit kommen, ſelbe einfach reſtituiren müſſe, *per L. 5. C. de Sponſalib.* Dennoch aber und weil allhier eine erhebliche Urſache vorhanden, warum ſie ſich weigern dieſe Heyrath zu vollenziehen, und in ſolchem Fall, ubi juſta cauſa diſcedendi a ſponſalibus adeſt, von beyden Theilen die Arrhæ reſtituiret werden müſſen, *d. L. 5. verſ. Quæ ita. C. de Sponſal.* Carpzov. *Jurispr. Eccleſ. Lib. 2. def. 51. n. 6.* So erſcheinet daraus ſo viel, daß beyde Theile ihnen die Mahlſchätze zurücke zugeben ſchuldig ſind. V. R. W.

De Pœna cum priori ſponſa clandeſtina concumbente.

§. XI. Porro qui primo clandeſtina, poſtea vero publica contraxit ſponſalia, contractis publicis cum prima concubuit, relegatur teſte Richter. *P. 2. dec. 88. n. 50.* Quid ſi vero ſponſus cum prima ſponſa clandeſtina concubuerit, & hæc poſtea alia ſponſalia publica contraxerit, his vero neglectis primo ſponſo clandeſtino denuo corporis copiam fecerit, an hoc pœna æque dura puniendum? Negandum hoc exiſtimavimus in Facultate, *d. 21. Junii, An. 1695.* his formalibus: Weil Catharina F. ſich mit L. S. heimlich verlobet, auch von demſelben ſich fleiſchlich erkennen laſſen, bevor ſie an H. G. T. verſprochen worden, und daher dieſe letztere Verlobung, da die erſtere per concubitum vim ſponſaliorum publicorum erlanget, unkräfftig, ſo mag die nachher weiter erfolgte Vermiſchung mit L. S. pro adulterio in ſponſam commiſſo nicht geachtet werden, ſondern es ſind beyde Theile 14. Tage mit Gefängniß oder ein Jedweder um 10. Thal. zu beſtraffen, es iſt auch Catharina F. H. G. T. die auff die Verlöbniß gewandte Unkoſten zu erſetzen, und wegen ſeines Schimpffs Satisfaction zu geben, ſie auch nechſt L. S. die verurſachten Gerichts-Koſten zu erſtatten, und der Gemeine das Aergerniß durch den Prediger abbitten zu laſſen ſchuldig. V. R. W.

SECTIO

SECTIO V.
DE
NULLITATE MATRIMONII.

Ingreſſus.

DIvertendi licentia Hebræorum jure quanta fuerit, nemini ignotum eſſe puto. Romanis non omnino idem licuiſſe, teſtantur illi, qui placita illorum antiquiſſima ſcrutati. Quamvis ſucceſſu temporis, teſte Seneca, tanta divortiorum libertas invaluerit, ut illuſtres etiam nobilesque fœminæ, non Conſulum numero, ſed maritorum, annos ſuos computarint. Quod quidem in Ethnicis non adeo mirandum, ſed hoc magis miratu dignum, quare Juſtinianus Imp. Moſaicam fere libertatem conjugibus indulſerit, etiam bona gratia a ſe invicem diſcedendi poteſtatem concedens, ut judaizare hoc paſſu Jus Juſtinianeum a non paucis hactenus aſſertum. Rectius Conſiſtoria noſtra huic Juri repudium dederunt, dum unitatem carnis inſolubilem, ex novi fœderis præſcripto conſtanter urgent. Verum cum præter cauſas a Salvatore & Apoſtolo probatas, alias quoque admittant Judicia Evangelicorum Eccleſiaſtica, harum juſtitiam ſuſcepi defendendam, hac tamen ratione, ne quidquam evangelicæ

Lib. 3. de Benef. c. 6.

Nov. 22. c. 8.

trahatur auctoritati. Fiet vero hoc, ſi matrimonium, divortio diſſolvendum, ab eo, quod *nullum* eſt, probe ſeparetur: hoc enim reſcindere neceſſum non eſt, cum jam nullum ſit, ſed declaratione Judicis tantum opus habet, ut conſtet, matrimonii vinculum plane non ſubfuiſſe. DEUS felices ſuſcepti laboris ſucceſſus clementiſſime largiatur!

§. I.

Nullitatis & divortii cauſa quomodo differant?

CIrca nullitates matrimonii dum ſollicitus ſum, juſtus bonæ tractationis ordo deſiderat, ut prius exponam, quid ſit nullitas matrimonii, quam, quibus cauſis matrimonium nullum dicatur, tradam. Obſervare enim licuit, plerosque cauſas nullitatis cum cauſis divortii confundere, quæ tamen a ſe invicem longiſſime diſtant: itaque nullum eſt matrimonium, quod ſtatim ab initio non ſubſiſtit, & ſic nec ullum continet vinculum; Divortio autem tunc locus eſt, cum matrimonium per ſe validum, ſed poſtea ob juſtam cauſam reſcinditur. Nullitatis cauſæ præcedunt matrimonium; cauſæ vero divortii illud ſequuntur.

Prima divortii cauſa eſt adulterium.

§. II. Hujus divortii potiſſimam cauſam eſſe adulterium, nemo inter noſtrates eſt, qui in dubium vocet, ob clariſſimum Salvatoris noſtri aſſertum, *Matth. XIX, 9.* Utut enim contendant Pontificii, hic non verum divortium, ſed ſolam ſeparationem quoad thorum & menſam a Chriſto permitti, ſalvo ceteroquin vinculo conjugali, adeo ut nec parti innocenti ad alia vota tranſitum indulgeant, de quo Bellarminus *L. 1. de Matrim. c. 10. ſeqq.* cum tamen illa ſententia ſatis ſuperque a noſtris Theologis pariter & JCtis refutata ſit, non erit operæ pretium, argumenta ab utraque parte prolata hic adducere. Adeat, cui hæc plenius haurire volupe eſt, Jo. Gerhardum *in Locis Theolog. loc. de Conjugio. §. 563. & plur. ſeqq.* Scherzerum *in Syſtem. Theol. L. 16. §. 18.* Beuſtium *de Matrim. P. 2. c. 16. 20. 23. ſeqq.* Alb. Gentilem, *de Nupt. L. 6. c. 7. ſeq.*

Carpz.

Carpzov. *Pr. Crim. qu. 63. num. 17. ſeqq.* & noviſſime hoc thema accuratiſſime expoſuit Dn. Schilterus *in notatis ad Aurelii Auguſtini libros de Adulterin. Conjug. ad Pollentium.*

§. II. In tantum autem locus divortio ob adulterium eſt, ut ne quidem plena ejus probatio exigatur, ſed præſumtive ſuffi- *Ob præ-*
ciat: multum enim inter ſe differunt criminalis adulterii vindi- *ſumtum*
cta, ubi probationes luce meridiana clariores exiguntur, *L. fin. C. de* *etiam a-*
Prob. & civilis proſecutio intereſſe maritalis, ubi & præſum- *ctа, ubi*
tiones urgentes ſufficiunt. Inde in Collegio Juridico Academiæ *locus di-*
Wittebergenſis *Anno 1691.* ſequenti modo reſpondendum cen- *vortio.*
ſuimus: Hat Titius, einer von Adel, mit Mevia, einer auch adelichen *Caſus.*
Perſon, ſich verehlichet, und wenig Wochen hernach, da Titio eine Reiſe vorgefallen, Mevia Sempronium ihres Vaters geweſenen Informatorem zu ſich erbitten laſſen, denſelben auch 3. Nächte im Hauſe behalten, ihm nahe bey ihrer Cammer ein Bette gemacht, auch von der einen Magd Sabinen gehöret worden, daß er alle Nächte zu Mevia in die Cammer gegangen, hiernechſt auch eine andere adeliche Perſon coram Notario ausgeſaget, daß, als ſie bey der Mevia in ihres Vaters Hauſe in einem Bette geſchlaffen, dieſer Sempronius des Nachts zu der Mevia gekommen, und ſich bey ihr niedergeleget, ferner auch, da Titius abermahls eine Reiſe über ſich nehmen müſſen, aber noch dieſelbige Nacht unverhofft zurücke gekommen, er Sempronium bey ſeiner Frauen in der Cammer angetroffen, und da ſie ſich nachher von ihrem Manne gewendet, und zum Vater begeben, ſie unterſchiedlich verdächtig mit dem Sempronio umgangen, alles nach mehrerm Innhalt eures Berichts und der Fragen. Wann nun gleich keiner von den Zeugen, daß Me- *Rationes*
via ſich mit Sempronio fleiſchlich vermiſchet, eigentlich ausſagen *dubitan-*
kan, dieſes aber zu Vollbringung des Ehebruchs ſonſt erfodert wird. *di.*
Weil aber dennoch anitzo nicht die Frage iſt, ob eine Perſon des E- *Rationes*
hebruchs, ſoviel die ordentliche Beſtraffung dieſes Laſters betrifft, *deciden-*
ſattſam überführet, ſondern, ob ſoviel beygebracht, daß die Ehe- *di.*
ſcheidung ſtatt finden könne, in welchem letzteren Fall die Erweiſung eines vollbrachten Ehebruchs nicht vonnöthen, ſondern genung, wann das Adulterium præſumtive erwieſen, als wenn beyde Perſonen in einem Bette oder Actibus adulterii præparatoriis begriffen, *C. Literis. 12. X. de Præſumt.* Auguſt. Barboſ. *ad d. C. 12. n. 2.*

Decisio. Sanchez. *de Matrim. Lib. 10. disput. 11. num. 45.* So erſcheinet daraus ſoviel, daß, wenn die Zeugen ihre Auſſage mit einem Eyde beſtärcket, die Eheſcheidung ſtatt und Raum finden, auch weil obangezogene Indicia eine evidentem præſumptionem adulterii mit ſich führen, mit der Special-Inquiſition wider Meviam wohl verfahren werden könne. V. R. W.

An uxor ob adulterium mariti ad divortium agere poſſit? Rationes affirmantium.

§. IV. Illud vero paulo ſollicitius inquiſiviſſe, non præterrem erit: An Jus Divinum uxori eandem facultatem indulgeat, ob adulterium mariti divortium petendi? Equidem ſi ex pluralitate votorum decidenda quæſtio, dubium non ſupererit, quin affirmanda ſit, ita enim hactenus non Theologis modo, ſed & JCtis plerisque placuit, & in Conſiſtoriis recepta ſententia eſt, uxori idem ad divortium jus competere, quod marito. Ex ſequentibus potiſſimum rationibus: (1) Quod adulterium pariter verum ſit, ſi maritus ſcorto conſveſcat, & ſic quoque ſufficiens jam adſit divortii cauſa; (2) Quod utrobique par & æqualis ſit corporum poteſtas, dum & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uxor, *1. Cor. VII, 4.* (3) Quod conjuges æqualiter ad caſtitatem obligentur. *Deut. XXII, 22. Lev. XX, 10.* ubi & marito adulterò pœna mortis æque, quam uxori adulteræ ſtatuitur. (4) Quod Apoſtolus *1. Cor. VII, 11.* uxori hanc facultatem expreſſe indulgeat. Vid. Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 619.*

Sententia negativa adducitur & probatur.

§. V. Verum, re accuratius perpenſa, haud merebitur adſenſum ſententia hactenus adducta: ita ut omnino deneganda ſit uxori actio ad petendum divortium ob adulterium mariti. Quod ſi enim ſecundum regulas bonæ interpretationis, mentem Chriſti *Matth. XIX, 9.* explicemus, apparebit, Chriſtum non novam legem de divortiis tuliſſe, ſed libertatem divortiorum in veteri teſtamento permiſſam; reſtrinxiſſe, uti in præcedentibus verſibus, de licentia divertendi inter Judæos permiſſa quærebatur: quæ cum ita ſint, conſtabit inde, de illis tantum divortiis, quæ jure Hebræorum tolerantur tantum, loqui Salvatorem; & apud Hebræos ſoli marito permittebatur divortium, non uxori. Seldenus de *Jur. Nat. & Gent. juxta diſcipl. Hebræor. L. 5. c. 7.* Hinc & verba de Marito concepit Salvator, non de uxore: Quod ergo jus uxores neque in veteri teſtamento habuerunt, neque in novo teſtamento ipſis expreſſe conceſſum, hoc ſane iis jure meritoque

que denegatur. Quibus accedit, quod omnino diſpar ſit inter maritum & uxorem ratio: hæc enim per adulterium alienum ſemen in proprium inducit thorum, & alienum partum incauto marito ſubſtituit, quod tamen in marito ſecus eſſe, quis non videt? Unde hanc ſententiam recte defendunt Hieron. Bruckne-rus in *Deciſ. Matrimonial. P. 2. cap. 17. n. 21.* Brouwer. *de Jur. Connubior. L. 2. c. 30. §. 1. ſeq.*

§. VI. Neque rationes contrariæ tanti ponderis ſunt, ut me ab hac ſententia dimoveant; ſiquidem quoad (1) adhuc dubium eſt, an, ſi maritus cum ſcorto conſveſcat, hoc pro vero adulterio reputandum. Verum licet id quoque largiar, non ſequitur, ergo & uxor ad divortium ideo agere poteſt; nam non adulterium omne a Chriſto pro cauſa divortii ſtatutum, ſed adulterium uxoris; probet ergo uxor, ſibi eandem poteſtatem in Sacris Literis conceſſum, quæ marito expreſſe indulta. Ad (2) reſpondetur, non negari, æquale eſſe utriusque conjugum jus in corpus alterius; ſed tum ex hac ratione concludi poſſe, ſi & æqualis ex violata utrinque fide oriretur effectus ſobolisve incertitudo. Peccat ergo uterque contra fidem in matrimonio datam adulterium committendo; ſed uxor ſuo peccato magis nocet marito, dum, ut dictum eſt, alienum partum in familiam infert. (3) Plane huc non pertinet, nam hic de jure partis læſæ agimus, non de pœna; inde utut in veteri teſtamento adultero & adulteræ, ſi duplicatum fuerit adulterium, eadem fuerit dictata pœna, non tamen inde concludi poteſt, ergo idem uterque conjugum jus habet ad divortium, cum tamen apud Judæos nunquam fuerit uxori permiſſa diverteńdi licentia a marito, uti præcedenti §. traditum. Quartum denique argumentum quod attinet, id multo adhuc minus ſtringit, cum Apoſtolus *1. Cor. VII, 11.* non dicat, uxorem jus habere divertendi, ſed de eo caſu agat, ſi de facto divertat uxor, quid tum faciendum marito incumbat. Quæ etiam reſponſio ad locum *Marc. X, 12.* pertinet. Brouwer. *d. c. 30. §. 3.*

Reſpondetur ad rationes affirmantium.

§. VII.

An uxor, ob adulterium separata, possit salva conscientia iterum nubere?

§. VII. Et ex his fundamentis respondendum censuimus cum in facto proponeretur casus *M. A. 1696.* an uxor, quæ ob adulterium mariti divortium impetraverat, salva conscientia ad alia vota se conferre posset, & si hoc feciſſet, an matrimonium posterius iterum dissolvendum? Ob wohl bey denen Evangelischen Consistoriis dieſe Meynung überall angenommen, quod adulterium etiam committat maritus cum soluta, und daher eine Ehefrau, deren Ehemann des Ehebruchs überführet, ſich von denſelben ſcheiden zu laſſen, auch ſich anderweit zu verehlichen wohl befuget ſey. Weil aber dennoch itzo die Frage vornemlich dahin gehet, ob nach denen Göttlichen Geſetzen die Caja ob adulterium mariti die gäntzliche Eheſcheidung ſuchen, und ad alia vota ſchreiten könne, ſo iſt hierinnen das Jus Veteris Teſtamenti zuforderſt zu removiren, als nach welchem einer Frauen dergleichen Freyheit, ſich wegen Ehebruch von ihrem Manne zu ſcheiden, nimmer verſtattet geweſen. So viel aber das Neue Teſtament betrifft, ſind wir der Meynung, daß das Formale adulterii nicht eigentlich in violatione thori alieni, ſondern vielmehr in violatione fidei conjugalis beſtehe, und daher eine Ehefrau, wenn ihr Mann untreu wird, ferner nicht verbunden ſey, demſelben ehelich beyzuwohnen, indem die Obligatio ex pacto matrimoniali inter conjuges reciproca iſt, und alſo ein Ehemann, wenn er ſelbſt die Ehe bricht, von ſeiner Frau die eheliche Pflicht nicht fordern kan; Quando enim altera pars a fide contractus diſcedit, non poteſt alterum adigere ad violati contractus fidem ſervandam, *L. Si diverſa. 14. C. de Transact. & ibi Dd.* Woraus ferner folget, daß ſie Ehebruchs halber die Separation wegen gebrochener Treue von ihrem Manne zu ſuchen wohl befuget ſey. Ob ſie aber nach Göttlichem Rechte dadurch eine Freyheit bekommen, ſich anderweit zu verehlichen, ſcheinet zwar daher zu affirmiren, weil diſſoluto matrimonio ſie a lege mariti liberiret, und derhalb ad ſecunda vota zu ſchreiten, per neceſſariam conſequentiam berechtiget wird. *Rom. VII, 2. 1. Cor. VII, 39. C. fin. X. de Secund. nupt.* Weil aber der HErr CHriſtus mit klaren Worten dieſe Regel geſetzet, daß wer eine Abgeſchiedene heyrathet, derſelbe mit ihr einen Ehebruch begehe, *Matth. V, 32. Luc. XVI, 18.* welche Worte in caſu adulterii keinen Abfall leiden, das Weib bleibet in beyden Fällen unſchuldig, ob ſich der Mann von ihr ſcheidet ohne Urſache,

Quid jure Novi Teſtamenti.

De tranſitu ad alia vota.

Urſache, oder ob ſich das Weib von dem Mann ſcheidet, wegen des von ihm begangenen Ehebruchs, nichts deſto minder ſo wenig einem Weibe, welche der Mann ohne Urſache von ſich ſtöſſet, die anderweitige Verheyrathung verwehret wird, als einem Weibe, ſo ob adulterium mariti von demſelben ſich trennet, denn jene iſt pro deſerta zu achten, welcher in Conſiſtoriis ohne allen Zweiffel prævio deſertionis proceſſu die andere Ehe zugelaſſen, dieſe aber ſuchet die Scheidung von ihrem Manne wegen ſeines begangenen Ehebruchs, da hingegen die Göttliche Rechte ohne Unterſcheid verordnet, daß, wenn ſich ein Weib von dem Manne ſcheidet, ſie ohne Ehe bleiben, oder ſich mit dem Manne wieder verſöhnen ſolle, *1. Corinth. VII, 11.* und alſo hierbey allerdings ein Gewiſſens-Scrupel mit unterläufft, ob ſie mit gutem Gewiſſen einen andern Mann heyrathen könne, weil die ſola permiſſio Conſiſtoriorum keine Securitatem conſcientiæ mit ſich führen kan, zumahl in dieſem Fall, da die Caja, nachdem ihr Mann propter adulterium allbereit in gefängliche Verhafft gebracht, ſich gegen ihn erkläret haben ſoll, daß ſie ihm allezeit getreu verbleiben wolte, daraus die Remiſſio injuriæ illatæ ſattſam zu ſchlieſſen, deshalben ſie ſich zum wenigſten jurato purgiren müſte, ob ſie nicht ſimpliciter ihrem Mann ſein Verbrechen remittiret, und nachmahls erſtlich ihr Gemüthe wieder geändert, in welchem Fall das Divortium gäntzlich hinfallen würde; So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß ohne vorhergehenden Eyd die Eheſcheidung nicht zuzulaſſen, und wenn ſolche ſchon erfolget, dennoch ſie ſecundum LL. Divinas zur andern Ehe nicht ſchreiten, oder darin mit gutem Gewiſſen leben könne. Indem aber dennoch der Tranſitus ad ſecunda vota uxori ob adulterium mariti ſecundum Leges humanas zugelaſſen iſt, und hiernach in Foro Eccleſiaſtico geſprochen wird, ſo würde ſolche Ehe, wann ſie einmahl vollzogen wäre, hinwieder nicht getrennet werden, noch der Reditus ad priorem maritum zu erhalten ſeyn. V. R. W.

In foro.

De ſcrupulo conſcientiæ.

Deciſio.

§. VIII. Altera divortii cauſa vulgo a noſtratibus ſtatuitur *Deſertio malitioſa*, cujus fundamentum ſtatuitur *1. Cor. VII, 15.* Quam iterum impugnant Pontificii, ideo quod Apoſtolus tantum de infideli conjuge agat, & ſic illa deciſio ad conjuges utrinque fideles non applicanda. Bellarmin. *Lib. 1. de Matrim. c. 16.* Verum ut nihil dicam, quod ſola externa religionis Chriſtianæ

Secunda divortii cauſa eſt malitioſa deſertio.

professio non faciat fidelem, & eo ipso infidelis sit uxor, dum maritum deserit, id tantum addo, videndum esse, in quonam asserti hujus fundamentum ponat Apostolus, certe non in *infidelitate*, sed in malitiosa *denegatione debiti & obsequii conjugalis*: hæc vero ratio cum & inter veræ religionis consortes, quos fideles hoc loco appellant, obtineat, cur non eandem quoque decisionem amplectamur? Conf. prolixius Gerhard. *Loc. de Conjug.* §. 624. Havemann. *Gamolog. L. 3. tit. 7. §. 3.* Neque refragatur huic causæ divortii Christi assertio *Matth. XIX, 9.* ubi exclusive loquitur Salvator, quod nemini divortium concedendum sit, nisi ob adulterium: nam agit ibi Christus de marito *faciente* divortium, vel id desiderante invita uxore; Apostolus agit de marito *patiente* divortium, citra intentionem suam; desiderat enim hic, ut maneat uxor, & præstet obsequium. Carpzov. *Jurispr. Eccl. L. 3. d. 56. num. 8.* Unde & in processu desertionis, non statim agitur ad separationem, sed prius pars deserens citatur, ut veniat & cohabitet conjugi, si nolit, tum demum separantur invicem. Ut ita cum de alio casu agat Christus, de alio Apostolus, dici non possit, quod inter eos sit contradictio.

Insidiæ vitæ an locum faciant divortio?

§. IX. Istæ vero duæ divortii causæ apud nostros in confesso sunt; verum hoc non expeditum apud omnes est, an insidiæ vitæ, alteri conjugum structæ, pariter justam divortio causam præbeant? Communis sententia est, separationi tantum quoad thorum & mensam ob insidias locum esse, non totali divortio quoad vinculum. Farinac. *P. 5. Prax. Crim. qu. 143. num. 155. seqq.* Sanchez. *de Matrim. L. 10. disp. 18. num. 6. seqq.* Beust. *P. 2. Matrim. c. 9.* Arnisæ. *de Jure Connub. c. 6. Sect. 10. num. 26. seqq.* Carpzov. *Jurispr. Consistor. L. 2. def. 217. n. 2.* Sed parum inde commodi habebit innocens maritus, quem venenum præparando propinandoque morti destinaverat uxor, si ingratissimam illam adhuc alere teneretur, & ipse interim in cœlibatu vivere sine ulla matrimonii adjutrice compelleretur. Existimo igitur, hoc etiam casu concedendum esse divortium parti innocenti, cum nulla sit major perfidia inter conjuges, quam si vitæ alterius vim inferre tentent. Cur ergo non æque vinculum matrimonii dissolvendum, quam propter adulterium, ubi moecha adhuc amat maritum, licet amoris socium petat: cujus argumenti vim agnoscit Gutier-

rez

rez *Canon. quæſt. L. 1. c. 24.* Imo ſi ſola cauſam divortio præſtat, non magis attentatum mariticidium?

§. X. Id vero graviſſime adhuc obſtat, quod Chriſtus nullam aliam divortii cauſam præter adulterium admiſerit, *Matth. XIX, 9.* Enimvero non id egit Salvator, ut ex profeſſo cauſas divortii ibidem proponeret, ſed ut ad quæſtionem objectam reſponderet. Quærebatur autem, an ob quamvis cauſam liceret divertere ab uxore, ut id in Legibus Moſis erat ſtatutum? & ad hoc reſpondebat, neminem debere ab uxore recedere, niſi ob adulterium; non voluit autem Chriſtus excludere cauſas majores, de quibus non erat conſultus, ſed minores, apud Judæos uſitatas, excludebat: unde ſi de hoc caſu Salvator interrogatus fuiſſet, ubi major adhuc malitia conjugis, quam in adulterio, idem haud dubie reſpondiſſet. *Removetur dubium.*

§. XI. Et pro hoc totali divortio ob inſidias vitæ ſtructas rectiſſime pronunciatum eſt in Concilio Wermerienſi, ſive Wormatienſi, ubi Canon. V. *Edit. Reg. Concilior. Tom. 17.* ita ſe habet: *Si qua mulier mortem viri ſui cum aliis hominibus conſiliavit, & ipſe vir ipſius hominem ſe defendendo occiderit, & hoc probare poteſt, ille vir poteſt ipſam uxorem dimittere, & ſi voluerit, aliam accipiat.* Quod Concilii deciſum iisdem verbis fere repetitum a Gratiano in *Can. Si qua mulier. 6. Cauſ. 31. qu. 1.* Verum cum deciſionem hanc principiis ſuis refragari viderent Pontificii ob tranſitum ad alia vota conceſſum, pro more ſuo corrupte Canonem retulerunt in *Cap. 1. X. de Divort.* ubi ita legitur: *Poteſt ipſe, poſt mortem uxoris, ſi voluerit, aliam ducere.* Et cum hæc verba: *poſt mortem uxoris,* non inveniantur apud Gratianum in Canone jam allegato; eum PALEAE titulo inſignitum voluerunt. Sed male hæc omnia, ſicut oſtendit Eman. Gonzalez Tellez *ad d. Cap. 1. X. de Divort. n. 2.* Eandemque corruptionem ex Regione Prumienſi *de Diſciplin. Eccleſ. L. 2. §. 117.* demonſtravit Dn. Bruckner. *in Deciſ. Matrimon. c. 18. num. 20.* ubi in fine pro totali hoc divortio plures conſentientes adducit. Et *pag. 91.* duo ſubjungit præjudicia, quibus ob inſidias vitæ ſtructas matrimonii vinculum ſublatum, & parti innocenti aliud contrahere permiſſum fuit. *Probatur deciſio.*

Impotentia superveniens an causa divortii?

§. XII. Illud hic non prætereundum est, annon ob impotentiam supervenientem unius conjugis, quæ omnem plane cohabitationem conjugalem impedit, alteri divortium totale concedendum? Sunt sane ab utraque parte rationes non contemnendæ. Negantium opinio est communis. vid. Dedekennus *Vol. 3. L. 4. Sect. 3. n. 1. Sect. 8. n. 11. & Sect. 10. n. 3.* Gerhardus *loco de Conjug. §. 685. & 687.* Havemann. *in Gamol. L. 3. tit. 9. Cauf. 6.* Kitzel. *in Synopf. Matr. c. 8. theor. 7. lit. e. f.* Arnif. *de Jure Connub. c. 6. Sect. 8. n. 17. feqq.* In affirmativum autem castra transiit Dn Bruckner. *Decif. Matrim. c. 23. n. 17. & feqq.* ubi pluribus rationibus eleganter suam sententiam stabilivit; quorsum etiam Dn. Ziegl. collimat ad *Lancellot. L. 2. T. 12. §. 10. verb. si alter conjugum indicatur.* Sed illud hoc casu temperamentum adhibendum existimo, ut primo ei non aliter locum relinquat sententiæ, quam si incurabilis sit impotentia, & altera pars cupidine sobolis procreandæ tanta, prout in simili loquitur JCtus in *L. 22. §. 7. verf. si autem. ff. Solut. matr.* deinceps eo respiciatur, ne pars impotens, satis eo ipso, quod divortium patiatur, afflicta non ulterius præter culpam affligatur, alimentis omnibus ademptis. Quamobrem si uxor impotens facta, maritus, cum ad alendam eam ex primo conjugii pacto & natura negotii teneatur, ab ea obligatione per divortium liberari nequit, si impotentia uxori sine ejus culpa superveniat, vicissim si maritus impotens factus inops sit, & ex reditibus dotis vixerit hactenus, uxor divortium petens, tantum relinquere marito compellenda, ut pro conditione personæ & pro quantitate dotis ad dies vitæ sustentari queat. Quæ temperamenta æquitate summa niti existimo; licet conscientiæ tutius fore existimem, patienti animo ferre infortunium alterius conjugis & precibus eventum Deo commendare.

Ubi matrimonium nullum, non opus est divortio.

§. XIII. Recensui hactenus causas divortii, quo exinde eo melius constet, quomodo illæ differant a causis nullitatum; scilicet illic subsistit matrimonium usque dum separentur conjuges; hic vero statim ab initio invalidum, & sic divortio non opus est, & sententia tantum accedit declaratoria, qua id pro nullo declaratur, & ostenditur, hic deficere connubii nexum, & hic unumquemvis, ex veteri formula, res suas sibi habere posse. Quamobrem nunc necessum est, ut causas nullitatum ordi-

ordine exponam. Eſt vero nullitas illa matrimonii vel *abſoluta*, vel *reſpectiva*. Illam dico, quando nec volentibus ulterior cohabitatio permittenda, ſed & inviti ſeparandi: hanc quando intuitu alterius conjugum nullitas ſubeſt, quæ tamen, ſi defectus non urgeatur, evaneſcit, & robur ex poſtfacto accedit conjugio. De ſingulis pro inſtituti ratione jam agendum eſt.

§. XIV. Inter matrimonia abſolute nulla, merito primum meretur locum illud, quod contra expreſſam Juris Divini ſanctionem initum; quid enim magis nullum dici poteſt, quam quod voluntati expreſſæ Dei refragatur? quod ſi enim contra humanas Leges celebratus actus pro nullo habendus. *L. Non dubium. 5. C. de LL.* cur is ſubſiſteret, qui contra Divinas Sanctiones pugnat. Declaravit autem Deus ſuam voluntatem, quos connubio jungendos velit, quos nolit, per Moſen *Levit. XIIX.* ubi uno conſpectu exhibentur matrimonia, quæ inire prohibita. *Matrimonia Levit. XIIX. prohibita, absolute nulla ſunt.*

§. XV. Ingens vero ſtatim in ipſo limine occurrit dubium, annon illa prohibitio, pro forenſi potius habenda, quæ ſolam reſpicit Remp. Judaicam, ut ita eadem, ex ſublata Rep. Judaica hodie ſuo effectu deſtituatur? Sunt ex Pontificiis, qui exiſtimant, non omnium graduum ibi enarratorum prohibitionem eſſe moralem, ſed quorundam tantum, veluti conjugium filii cum matre, patris cum filia, fratris cum ſorore germana, fratris cum ſorore ex altero tantum parente, privigni cum noverca, vitrici cum privigna, in reliquis Pontifici Romano diſpenſationem relinquunt. Conf. *Cap. 9. X. de Divort.* Greg. de Valentia *T. 4. Diſp. 10. qu. 5. punct. 3.* Laymann. *Theol. Moral. Lib. 5. tract. 10. c. 4. n. 6.* Corn. a Lapide *in Comm. in Lev. XIIX.* Bellarmin. *T. 3. Lib. un. de Sacram. conjug. c. 27. verſ. tertio probatur.* Noſtrates autem Theologi & JCti contrarium communiter defendunt, & omnem ibi prohibitionem moralem dicunt. Quam ſententiam pluribus argumentis probat Gerhardus *Loc. de Conjug. §. 294. & ſeqq.* Brochm. *Art. de Conjug. c. 4. qu. 50.* Joach. a Beuſt. *de Sponſal. P. 2. c. 56.* Sed hic iterum illud remanet dubium, quod non omnes caſus ibi enarrati Juri Naturæ refragentur, & ſic videatur illa prohibitio pro naturali non habenda. *An illa prohibitio Levit. XIIX. ſit moralis?*

Vera opinio.

§. XVI. Meam igitur ut hac de re exponam ſententiam; admitto quidem moralitatem illius prohibitionis, ſed Juris Naturaliter illam eſſe pernego. Quis diceret enim, inter fratres & ſorores matrimonium refragari Juri Naturæ? Solo enim liberorum Adami exemplo contrarium demonſtrari poteſt. Nam Deus contra Jus Naturæ non diſpenſat, quia talis diſpenſatio, tanquam ſpecies mutatæ voluntatis imperfectionem contineret, quæ in Deum non cadit, Grot. *de Jur. Bell. & P. L. 1. c. 1. §. 11. n. 5. & §. 17. num. 1.* Oſiander. *in Comment. ad d. §. 11.* Rachael *de Jur. Nat. §. 48.* & non ſit veroſimile, voluiſſe eum, ut ex inceſtu contra Jus Naturæ peracto univerſum genus humanum procreetur; præſertim cum nulla neceſſitas Dum ſubigeret, unum duntaxat mortalium par creare: vide prolixe Dn. Pufendorf. *de Jure Nat. & Gent. Lib. 6. cap. 1. §. 34.* Quid ergo dicendum, poteritne illa prohibitio moralis dici, cum tamen naturalis non ſit? Ita omnino eſt. Placet enim diſtinctio Oſiandri *Tr. de Sabbath. tit. de Moralit. Sabb. th. 32.* inter Legem *moralem naturalem*, & *legem moralem poſitivam* diſcrimen facientis ad determinandam moralitatem tertii præcepti Decalogi, quam & ante eum probavit Dannhauer. *in Colleg. Decalog. ad præcept. 3.* Eſt autem *Lex moralis naturalis*, qua Lex Divina prohibet, quod tamen ſolo Jure Naturæ etiam ante prohibitionem Legis erat prohibitum, cujus exempla in prohibito futuro, homicidio, adulterio &c. proſtant. Lex vero Divina *moralis poſitiva* eſt, quæ omnibus etiam hominibus lata, ſed prius non obligavit, quam poſt promulgationem. Exiſtimo igitur prohibitiones illas *Lev. XIIX.* eſſe morales poſitivas, non morales naturales, cum omnino ibi adductorum caſuum iniquitas ex Jure Naturæ demonſtari nequeat.

Dubium removetur in Levit. XIIX, 24.

§. XVII. Unicum eſt, quod huic ſententiæ ſummopere objici ſolet, quod ſcilicet Deus propter contracta ejusmodi matrimonia ipſos gentiles ejecerit, uti patet ex *Lev. XIIX, 24.* ſi hoc, neceſſum eſt, illam prohibitionem eſſe naturalem; aliud enim Jus, quam Naturæ, non agnoverunt gentes, & ſic in aliud peccaſſe dici non poſſunt. Facilis quidem eſſet ex hac difficultate ſe extricandi modus, ſi reſponderetur, Deum univerſali quadam Lege poſitiva, iſta matrimonia jam ante omnibus gentibus interdi-

terdixiſſe; ſed ubi hujus rei verum extat veſtigium in Sacris Literis? Et ſi Lex adeſſet, annon ejus Legis poſitivæ univerſalis potuerunt oblitæ eſſe gentes nonnullæ? Liberis profecto imputari non poteſt, quod a parentibus iis non traditum, aliunde autem cognoſci nequit. Legis autem ignoratæ transgreſſionem, Deum tam ſevere punire voluiſſe, vix quisquam aſſerere audebit. Communiter reſpondent alii, ejectas eſſe gentes non propter transgreſſionem omnium caſuum prohibitorum, ſed propter crimina ſodomitica, quæ in verſibus proxime præcedentibus *v. 21. 22. 23.* prohibentur. Sed huic reſponſioni illud adhuc obſtat, quod citato *v. 24.* non dicatur, quibusdam tantum, ſed *omnibus* iſtis conjunctionibus ſe maculaſſe gentes, quas Deus ſit ejecturus. Reſpondeo igitur (1.) Non dicit Deus, quod gentes ideo ſit ejecturus, quod talia inierint matrimonia; ſed enarrat ſaltem matrimonia inter gentes, quas ejecturus ſit, uſitata, quæ tamen ſibi diſpliceant: nec eſt, ut objicias, quod Juris Naturæ eſt, Deo diſplicere non poſſe: concedo de iis, quæ Jus Naturæ præcipit, nego de iis, quæ Jure Naturæ permiſſa, hæc enim, quod Deo diſplicuerint, vel exinde patet, quod multa legibus ſuis poſitivis correxerit; imo homo, qualis a natura eſt, Deo ſemper diſplicet: quia homo natura vanus eſt, & omnia de Deo ignorat, *Sap. XIII, 1.* & quæ Spiritus Dei ſunt, non percipit, *1. Cor. II, 4.* Deinde (2.) licet concederem, ideo tantum ejectas fuiſſe gentes, quod iſtis ſe contaminaverint conjunctionibus; adhuc tamen poteſt pro communi ſententia explicari textus: dicitur enim in omnibus iſtis ſimul ſumptis ſe commaculaſſe gentes, ideo, quod inceſtus in linea deſcendenti, adulterium & crimen ſodomiticum, prohibitorum caſuum numero inſeruit Deus; ſed non dicitur, quod propter ſingulos caſus, ſeorſim ſumptos ſe macularint, & ſi hoc quoque dicendum eſſet, adhuc tamen non ſequitur, quod etiam propter ſingulos fuerint ejecti; potuit enim adhuc ejectio facta fuiſſe ob adulteria, & crimina ſodomitica.

§. XIIX. Conſtat itaque ex adductis, prohibitionem illam matrimoniorum, in dicto Capite recenſitorum, eſſe moralem poſitivam, & ſic omnes omnino homines ſtringere, nec, ſublata hodie Rep. Judaica, ceſſare, ut ita quodcunque matrimonium, contra illam prohibitionem contractum, abſolute nullum ſit

An Levit. XIX. tantum per ſonæ expreſſa pro-

Quod *hibean-*

tur, an & omiſſæ ejusdem gradus?

Quod vero eo diſtinctius cognoſci poſſit hæc matrimonii nullitas, tangenda neceſſario illa controverſia inter Theologos pariter & JCtos agitatiſſima: an in *dict. Lev. XIIX.* Capite *tantum perſonæ* recenſitæ matrimonium inire prohibeantur, an & *gradus* ſimiles incluſos voluerit Divinus Legislator? Ultimum defenderunt nonnulli ex Theologis & JCtis tanto zelo, ac ſi gloria Dei in hac unica deciſione latitaret, ac diſſentientes tanquam ſceleratiſſimos, ſtylo non Chriſtiano, ſed affectibus pleno perſtringunt. Utriusque ſententiæ fundamenta adducam, & penes Lectorem relinquam judicium.

Rationes pro paritate graduum.

§. XIX. Illorum itaque ſententia, qui & perſonas non expreſſas, ſi tamen ejusdem gradus ſint, prohibitas aſſerunt, unico iſti nititur fundamento interpretationis extenſivæ. Quam interpretationem deſumunt ex ratione in textu adjecta: *Nemo accedat ad carnem carnis ſuæ;* Cum autem hæc ratio ad caſus ſimiles non expreſſos eodem modo applicari poſſit, ſequitur idem quoque ob identitatem rationis jus ſtatuendum eſſe. Subjungunt tandem auctoritates Doctores & antiquorum & noviſſimorum, collegiorumque approbationes. Conf. Gerhardus *Loc. de Conjug. §. 275.* Chemn. *P. 3. Loc. de Conjug.* Brochmand. *Art. de Conjug. c. 2. Sect. 7.* Beuſt. *de Sponſal. P. 2. cap. 51.* Johan. Schneidewin. *in Comment. ad Inſtit. tit. de Nupt. Rubr. in quib. gradibus Jus Divinum prohibet matrim. contrah. n. 16.* Præjudicia habet Zieglerus *de Jur. Maj. L. 1. c. 7. §. 16 ſeqq.*

Rationes pro perſonis tantum expreſſis.

§. XX. Qui autem contrarium defendunt, & perſonas tantum expreſſas, non vero omiſſas, licet ejusdem gradus, prohibitas dicunt, nituntur his rationibus: (1.) Quod regulariter Deus, matrimonium cum quacunque fœmina contrahendi facultatem homini conceſſerit, id quod exemplo liberorum Adami probatur, quibus & ſorores in matrimonium ducere permiſit; toto ergo *Capite XIIX. Levitic.* tradit exceptiones, nunc autem apud omnes in conceſſo eſt axioma: *quicquid a regula non ſpecifice exceptum, id ſub eadem continetur*: ergo qui caſus hic non expreſſi, continebuntur adhuc ſub regula, quæ libera omnibus permittit matrimonia. Cui non obeſſe dicunt, quod Deus non videatur certos caſus & eos quidem nominatos excepiſſe, ſed omnes, qui ſub illa regula continentur: *nemo accedat ad carnem carni-*

carnis suæ. Nam ad hanc distinctionem ita respondent, proponi quidem regulam istam *V. 6.* sed eam in subsequentibus restringi ad casus expressos; nam si hæc Dei mens non fuisset, cur adeo solliicite quosdam casus ejusdem gradus bis prohibuisset; ita matrimonium cum amita, & matertera interdicit, *v. 12. 13.* Imo eadem prohibitio repetita denuo *Lev. XX. v. 19. & 20.* cum tamen sint ejusdem gradus. Ita ergo dicunt fallere hic beneficium interpretationis extensivæ, cum illa ratio non sit universalis, nec possit ad casus non expressos æqualiter applicari, ut sic deficiat paritas ratiocinii: quod enim amitam, materteram, patrui viduam ducere prohibitum, ejus non tantum illam rationem esse, quod accedat ad carnem carnis suæ, sed & quod cuilibet ex illis personis specialis respectus, instar matri, cujus vices quasi gerit, debeatur, per matrimonium autem illa potestati & imperio mariti subjiciatur, ac ita confundantur respectus natura debiti. Quæ ratio ad casus, ubi fœmina, vel patruo, vel avunculo, vel amitæ aut materteræ viduo nubit, applicari non posset; quem enim his personis respectum debet fœmina, ille per matrimonium subsequens non tollitur, sed potius augetur. Confirmant hoc inde, quod omnino notabile sit, Deum tres casus distincte prohibuisse, ubi masculus fœminam ducit, cui respectum debet, ex inversis autem casibus ne unicum quidem, sive hic, sive *Lev. XX.* vel semel tetigisse. Accedit, quod in toto veteri testamento, exemplum ostendi non possit, ubi prohibitio secundum gradus facta, quia scilicet tum temporis nunquam gradus computabant, utpote quæ computatio demum Jure humano introducta. Adducunt tandem pro sua sententia B. Lutherum, qui *in Tom. II. Oper. germ. Jen. fol. 252.* hæc verba habet: GOtt rechnet nicht nach den Gliedern, wie die Juristen thun, sondern zehlet stracks die Personen, sonst weil Vaters Schwester und Bruders Tochter in gleichem Gliede seyn, müste ich sagen, daß ich entweder meines Brudern Tochter nicht nehmen könte, oder auch meines Vatern Schwester nehmen möchte, nun hat GOtt Vaters Schwester verbothen, und Bruders Tochter nicht verbothen, die doch in gleichem Gliede seyn. A qua sententia Lutherus postea non recessit, uti quidem contrarium sentientes regerunt, quando *in Tom. Germ. Jen. fol. 275.* hæc verba habet: Der Sipschafft

halber und Gliede der Freundschafft, wäre mein Rath, man liesse es bey weltlichen Rechten bleiben. Nam quid tutius sit, tantum asserit, & consilium exponit, ut in hoc casu dubio potius opinio contraria attendatur, non vero dicit, hanc opinionem falsam esse, & verbo Dei non convenientem; in eo autem omnes consentiunt, nunquam svadenda esse istiusmodi matrimonia, sed omnibus modis dissvadenda, maxime si dubia sit contrahentium conscientia. Quod si vero semel consummata, ideo non statim annullanda, cum Jure Divino expresse non prohibita, & Principi, si id desideret, non deneganda dispensandi facultas.

Judicium Lectori relinquitur.

§. XXI. Hæc sunt argumenta principaliora, quibus ab utraque parte pugnatur. Nobis probabilior videtur sententia posterior, quæ & in praxi a non paucis Collegiis recepta est. Ita, dispensabile esse matrimonium cum defunctæ uxoris sororis nepte, responsum Francofurti a Facultate Juridica *d. 19. Aug. 1680.* item matrimonium cum sororis unilateralis filia, pro dispensabili habitum ab eodem Collegio *d. 7. Febr. 1674.* In simili casu *Anno 1681.* eundem casum pro dispensabili admisit Facultas Juridica Helmstadiensis in Responso *de die 27. Sept, 1680.* Quod Facultas Juridica Kilonienſis *d. 19. Oct. eod. ann.* & Facultas Rintelensis *d. 17. Oct. d. ann.* approbavit. Pariter circa matrimonium cum defunctæ uxoris noverca dispensationem admisit Facultas Juridica Francof. *d. 17. Novembr. Anno 1673* Quæ præjudicia omnia conceptis verbis extant in notis ad B. Brunnem. *Jus Eccles. L. 2. cap. 16. §. 21. & seqq.* Et eandem sententiam in Facultate nostra Hallensi recepimus, ac aliquoties in casibus obvenientibus ita responsum.

Matrimonium contra Levit. XIIX. contractum, nullum est, & conjuges inviti separandi.

§. XXII. Satis itaque Caput *Levit. XIIX.* examinavi & ostendi, quantum non ejus prohibitio stringat. Enimvero, utut Dd. largiantur, contra illam prohibitionem non permittenda esse matrimonia, non tamen in eo mihi omnes assentiuntur, quod matrimonia contra istas prohibitiones contracta & consummata, pro absolute nullis habenda & rescindenda sint. Multi enim hic contrarium defendunt, atque consummata matrimonia ut rescindantur, concedere nolunt, Joach. a Beust. *de Sponsal. P. 2. c. 52.* Bidenbach. *Tr. de Matrim. c. 3. qu. 5.* aliique ab his allegati, quos

quos ſequitur Carpzovius *in Jurisprud. Conſiſt. L. 2. D. 99. & in Jurispr. For. P. 4. C. 23. d. 12. n. 1.*

§. XXIII. Adferamus ergo rationes, quibus hanc ſententiam propugnant. Et primo quidem dicunt, Moſen quidem vetare matrimonium in gradu prohibito, attamen de facto contractum, & conſummatum non diſſolvere, ſed pœnam tantum addere, quod ambo portare iniquitatem ſuam, & ſine liberis decedere debeant. *Lev. XX, 20. 21.* Deinde vero hanc ſententiam exemplis probant tam Abrahami, qui ſororem ſuam duxerat, *Gen. XX, 10.* & Jacobi, qui cum duabus ſororibus matrimonium contraxerat, *Gen. XXIX, 27. 28.* Quæ connubia non diſſoluta, ſed tolerata fuerunt. Porro ad Jus Pontificium provocant, quo, ſi duo contraxerint matrimonium, ignari conſangvinitatis, quam poſtea demum reſciverant, ſeparari haud debent, ſi cohabitare velint. *Cap. unic. X. de Conſangv.* Felin. *in Cap. Examinata. X. de Judic.* Et multa tolerari facta, quæ fieri prohibita, *Cap. 25. X. de Jurejur.* Omnium vero harum rationum unicum eſt fundamentum, honor matrimonii. *Rationes diſſentientium.*

§. XXIV. Sed quicquid tamen ejus rei ſit, adhuc immota ſtat prior ſententia, atque fundamentis nititur firmiſſimis. Quicquid enim ſubſiſtere debet, illud oportet ut aliquo nitatur jure; ſed cum hæc matrimonia, a Deo expreſſe prohibita ſint, haud dubie omnibus juribus refragantur, & per hoc ſubſiſtere non poterunt. Jam autem ſi actus contra Leges humanas geſti, ipſo jure nulli ſunt, *L. 5. C. de LL.* quis minorem vim tribuat Legibus Divinis? Deinceps, quæſo, quam facile eludi poſſet Præceptum Divinum, ſi aſſumeretur contraria ſententia, cum facillimum eſſet contrahentibus confugere ad locum incognitum, acibi, accepta copula ſacerdotali, nuptias conſummare, quo facto, poſtmodum ſeparari nequirent. Quod dubium non tollitur, dicendo, graviſſimis pœnis afficiendos eſſe contravenientes; quotus enim quisque eſt, qui ignorat, quam ſint deſperata conſilia eorum, qui illicito amore flagrant, & quomodo nullas extimeſcant pœnas, ſed cœco impetu in perſonam adamatam ferantur. Quæ ergo limitatio in Jure Divino non fundata, illa ad ſtringendum ejus Juris ſanctiſſimum nexum neutiquam adferenda, ne arbitrium ſibi de Lege Divina *Rationes noſtræ ſententiæ.*

ſumat homo, cui ſola obſequii gloria relicta. Accedit, quod omnes confiteantur, matrimonium contra voluntatem Dei expreſſam initum, inceſtum eſſe, hic ergo tamdiu durat atque continuatur, quamdiu ſubſiſtit matrimonium, & quoties repetitur copula carnalis, toties renovatur inceſtus, uti & adulterium non tantum in primo congreſſu committitur; ſed toties iteratur, quoties congrediuntur perſonæ. Tanto enim graviora ſunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, uti loquitur Pontifex in *Cap. fin. X. de Conſvetud.* Quam vero impium & deteſtandum ſit, adhuc continuatum inceſtum permittere, quilibet, cui pius adhuc ineſt ſenſus, judicet. Tandem vero exemplum Joannis Baptiſtæ hanc ſententiam non leviter comprobat, qui Herodi expreſſis verbis dicebat: *non rectè facis, quod fratris tui uxorem in matrimonio habeas, Matth. XIV, 4.* Quid hoc ipſo nos aliud docet, quam hoc matrimonium, utpote contra *Lev. XIIX, 16.* contractum, reſcindendum & pro nullo declarandum eſſe? Non enim dicit: *non rectè feciſti, quod eam duxeris;* ſed in præſenti tempore loquitur: non rectè facere Herodem, quod eam *adhuc habeat*, h. e. in matrimonio retineat. Sunt quidam, qui hoc ideo factum putant, quod frater Herodis adhuc in vivis fuerit; verum eorum ſententiam ſatis confutarunt noſtrates. Vide Grotium & Calovium *in Comment. ad d. Matth. XIV, 4.*

Reſpondetur ad rationes diſſentientium.

§. XXV. Neque rationes contrariæ quicquam contra hanc veriſſimam ſententiam concludunt: Non enim ſequitur, Moſes *Lev. XX, 20. 21.* pœnam contrahentibus imponendam dicit, ergo non ſunt ſeparandi. De hoc ſane Moſes tum non erat ſollicitus, utpote quod jam non amplius in dubium vocabatur; De eo ipſo, dum dicit, *nulli ex eis liberis naſcentur*, nihil aliud intelligit, quam quod ſeparandi ſint. Ita enim Auguſtinus *Tom. IV. Oper. qu. 26. in Levit. quid eſt ſine liberis morientur, cum filii ejusmodi conjunctionibus & antea nati ſint, hodieque naſcantur?* Ubi ſtatim reſpondet, *hoc intelligendum, eſſe lege Dei conſtitutum, ut quicunque ex eis nati fuerint, non reputentur filii, id eſt, nullo parentibus jure ſuccedant.* Quid vero hoc aliud eſt, quam matrimonium debere pro invalido haberi ac reſcindi: ſi enim non reſcindendum, erit validum; ſi hoc, liberi ex valido matrimonio

nio nati etiam pro liberis habendi, & ſuo jure non defraudandi. Exempla Abrahami & Jacobi huc plane perperam referuntur: nam tum temporis, cum illi Patriarchæ viverent, hæc lex nondum erat lata, & ſic eos non obligare & ſtringere poterat, cum non ſit moralis naturalis; ſed moralis poſitiva, uti ſuperius §. *XVI.* probavi. Dum vero ad Jus Pontificium & ad matrimonii honorem ac favorem toties provocant, deſperatam cauſam ſuam ſatis ſuperque probant. Siquidem fateor, multa facilius tolerari facta, quam fieri prohibita; verum hoc in caſibus civiliter, non moraliter prohibitis, nec tolerantia pro objecto habet rem moraliter illicitam, ſi hæc tolli poſſit. Concedo quoque, eſſe non levem matrimonii honorem ac favorem, utpote quod Deus ſuo favore & benedictione non dedignatus eſt: ſed hoc de matrimonio juſto ac legitimo, & Dei voluntati non adverſo, intelligendum. Unde enim favor matrimonio? Ab inſtitutione & benedictione Divina. Quod ſi autem contra inſtitutionem & Legem Divinam contractum, ceſſabit benedictio, ceſſabit favor, niſi favere velimus ei, quem Deus odio habet, quod abſit. Cur ergo diſſentientes omnes ita ad favorem matrimonii confugiunt? Hic latet angvis in herba. Scilicet, Pontificii dum non permittunt, ut dirimatur matrimonium, veniam merentur: nam agunt ex ratione ſuæ religionis, dum matrimonium inter ſacramenta numerant, hæc autem nullo modo irritanda aſſerunt, & hinc neque divortium totale ob adulterium permittunt, ne ſacramentum matrimonii reſcindatur. Noſtræ vero Religionis Theologi & JCti nullam merentur excuſationrm, utpote, qui expreſſe iſtud principium rejiciunt, & damnant; concluſiones tamen, quæ ex hoc ſolo principio emanant, tam improvide retinent. Apparet ergo nullum eſſe matrimonii illicite & contra Dei voluntatem contracti favorem.

§. XXVI. Inde etiam Lipſiæ, ab ipſis Carpzovii ſucceſſoribus, pro noſtra ſententia Anno 1696. requirente Sereniſſimo Duce Saxo-Weiſenfelſ. in cauſa conjugii ab A. E. v. L. cum uxoris ſororis filia, reſponſum eſt, cujus clauſulam concernentem adjicere liceat. Quæſtio erat: Ob dieſe Leute beyſammen gelaſſen werden können, oder nicht vielmehr zu *ſeparir*en, und die Ehe vor *null* und nichtig zu *declarir*en? Poſt rationes Dubitandi, hæ *Confirmatur vera ſententia.*

ſubjectæ erant Rationes Decidendi: Dennoch aber und dieweil wir im vorhergehenden mit mehrern ausgeführet, daß dieſe Ehe durch das Göttliche Geſetz verbothen, dawider auch keine menſchliche *Diſpenſation* ſtatt finden, und um ſo viel weniger ein *Privatus*, wenn er dagegen ſündiget, ihme damit ein Recht *acquiriren* mag, ſondern ſo lange er in dieſer Sünde *continuiret*, *in perpetuo inceſtu*, und in einer immerwährenden Todt-Sünde lebet; Wie denn ihnen hierunter die angezogene *Textus Lev. XX, 20. 21.* keinesweges zuſtatten kommen, weil darinnen befohlen, daß dergleichen Perſonen nicht beyſammen zu laſſen, ſondern von der Obrigkeit als Blutſchänder zu beſtraffen, welches die gantze Rede zuſammen gnugſam andeutet: Sie ſollen ihre Sünde tragen, ohne Kinder ſollen ſie ſterben, das iſt: *Perſonæ contrahentes inceſtuoſas ejusmodi nuptias, per magiſtratum pœnæ ſubjiciendæ ſunt, ut ex illis naſcantur liberi*; Alſo daß es gar nicht die Meynung hat, als ob ſie natürlicher Weiſe keine Kinder zeugen können, oder, wenn dieſelbe gebohren würden, GOtt einen Wohlgefallen an dieſer ſündlichen Vermiſchung hätte, ſondern daß ſie im Volcke GOttes *pro liberis* nicht ſollen geachtet werden. *Quid eſt*, ſine liberis morientur? fraget Auguſtin, *Qu. 26. in Levit. Tom. 4. Op. fol. 87. cum filii ejusmodi conjunctionibus & antea nati ſint, hodieque naſcantur?* Und giebet darauff ſelbſt die Antwort: *hoc intelligendum, eſſe Lege Dei conſtitutum, ut quicunque ex eis nati fuerint, non reputentur filii: i. e. nullo parentibus jure ſuccedant &c.* Und halten wir dieſemnach in Unterthänigkeit davor, daß der von L. und ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter Tochter weiter nicht beyſammen gelaſſen werden, noch ſie ſelbſt mit gutem Gewiſſen, als Eheleute bey einander ferner leben können.

Si matrimonium expreſſe non prohibitum hoc tolerandum.

§. XXVII. Adduximus autem Reſponſum præcedens, ut demonſtremus Collegia Saxonica in hac theſi conſentire, matrimonium contra Jus Divinum contractum iterum diſſolvendum eſſe. Quod vero hypotheſin attinet, an etiam nuptiæ cum uxoris ſororis filia ſint diſſolvendæ, aliud viſum fuit Collegio noſtro, utpote quod exiſtimavit, in caſu Jure Divino expreſſe non interdicto diſſvadendum quidem eſſe matrimonium contrahendum, non vero diſſolvendum eſſe matrimonium contractum; nam ubi dubium adhuc eſt, an matrimonium permiſſum ſit, vel non, dubia conſcientia redderetur, ſi illud diſſolvere-

veretur, ut ſic eatenus in caſu prohibitionis dubiæ diverſiſſima ratio ſit matrimonii contrahendi & contracti. Undè in eodem caſu *A. 1694. d. 25. Octobr.* ita reſpondimus: Iſt von denen Jurilten-Collegiis zu Leipzig und Wittenberg über den Fall, wenn einer ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter Tochter geheyrathet, erkannt, daß darinnen keine Diſpenſation ſtatt finde, noch ſolche einmahl bereits vollzogene Ehe zu dulden, ſondern hinwieder zu trennen. Ob nun gleich von denenſelben zum Fundament geſetzet, daß in pari gradu *Levit. XIIX, v. 14.* nicht allein gewiſſen Perſonen, ſondern vielmehr aller, die in gleichem Gradu ſeynd, die Heyrath unterſaget ſey, wider das Göttliche Geſetz aber keine Diſpenſation, auch nicht einmahl poſt conſum matum matrimonium zuläßig, weil dergeſtalt nichts anders als ein continuatus Inceſtus daraus entſtehen würde; Weil aber dennoch des Weibes Schweſter zu heyrathen nicht abſolute verbothen, und alſo mit derſelben Tochter auch die Ehe pro ſimpliciter prohibita nicht geachtet, vielweniger die Paritas gradus ex *verſ. 14. Lev. XIIX.* hieſelbſt mit Beſtande urgiret werden mag, da eine andere Deciſion wegen des Weibes Schweſter im *v. 18.* befindlich, überdem kein Exempel in Göttlichen Geſetzen vorhanden, da eine ex linea collaterali deſcendirende Weibes-Perſon zu heyrathen expreſſe verbothen, ſondern ſolches Verboth gehet nur alle diejenigen Weibes-Perſonen an, welche dem Mann, der ſie heyrathen will, an Mutterſtatt geweſen, in welchem Fall auch eine gröſſere Turpitudo vorhanden, weil es allerdings contra honeſtatem läufft, diejenige Perſon, welche einer vorher als Mutter reſpectiren müſſen, nachmahls zum Eheweibe zu haben, und derſelben jure maritali zu befehlen, Cornel. a Lapid. *ad Lev. XIIX, v. 14.* welches Argumentum majoris turpitudinis auch die Theologi Lipſienſes agnoſciren in ihrem Reſponſo vom *24 Nov. A. 1649.* apud Joh. Erneſt. Gerhard. *in addit. ad Dedekenn. Conſil. Theol. p. 834.* ſolchergeſtalt auch, da die Prohibitio de Jure Divino nicht erwieſen, die Facultas diſpenſandi der Hohen Landes-Obrigkeit unbenommen bleibet, vielweniger dieſe Ehe pro continuato inceſtu geachtet werden kan, wie denn ohnedem in caſu dubio eine Ehe nicht zu trennen; So halten wir davor, daß gegen Erlegung einer würcklichen Geld-Buße gedachte Ehe-Leute bey der einmahl vollzogenen Heyrath zu laſſen. V. R. W.

De tolerandis nuptiis cum uxoris ſororis filia.

Rat. dub.

Ratio decidendi.

§. XXVIII.

Responsio ad sententiam Theologorum Lipsiens.

§. XXVIII. Cum hac ratione a nobis responsum esset, causa iterum commissa fuit Dominorum Theologorum Lipsiensium censuræ, an in præfato casu Princeps tolerare possit matrimonium jam contractum, an vero ejus dissolutionem urgere teneatur, ubi cum pro isto dissolvendo respondissent, nostræque Facultatis sententiam refutassent, denuo consulti ita respondimus *M. Decembr. A. 1696.* Ob wohl von denen Herren *Theologis Lipsiensibus* wider die in unserm vorigen *Responso* zum Fundament angeführte Rationes, daß (1) die Heyrath mit einer Frauen Schwester *Lev. XIIX.* nicht absolute verbothen, und per consequens die mit der Frauen Schwester Tochter bereits vollzogene Ehe zum wenigsten toleriret werden müsse, und (2) daß die Extension *Levit. XIIX.* ad similes gradus hieselbst nicht zu appliciren, weil eine dispar ratio, ob jemand eine Frau nehme, so ihm vorher an Mutter Stelle gewesen, oder ob er eine Frau heyrathe, so ihm vordem an statt einer Tochter gewesen? folgender Gestalt geantwortet: Daß (1) der Textus *Levit. XIIX. 18.* nicht de vera sorore uxoris sondern de quacunque alia fœmina rede, und daselbst die Polygamia simultanea verbothen werde. Auff das (2) aber, daß allhier nicht so wohl auff berührten Respectum parentalem, als auf die Verwandniß vor und an sich selbst, ob nicht eadem turpitudo circa copulam & seminis mixturam vorhanden zu reflectiren, indem auch eben dieser Respect bey der Mutter Schwester überlebenden Ehe-Mann oder Wittwer zu considiriren, und also gleicher maaßen vor unverantwortlich zu achten, daß die Weibes-Person, welche an Tochter statt zu halten, deme, so auf gewisse Maasse an Vater Stelle stehet, als ein Ehe-Weib beygeleget werden solle.

Rationes Lipsiensium.

Status controversiæ hic formatur.

Weil aber hieselbst die Frage nicht ist de matrimonio adhuc contrahendo, sondern von einer bereits vor etlichen Jahren vollzogenen, und mit Kindern von GOtt gesegneten Heyrath, darinnen der Landes-Herr des Orts, wo die Heyrath vollzogen, würcklich dispensiret, hingegen von einem andern Landes-Herren, darunter beyde Ehe-Leute ihr Domicilium haben, getrennet werden soll, und also die Sache darauff hauptsächlich ankömmt, ob in casu dubio, an matrimonium contractum subsistere possit, vel non, eine Ehe vielmehr zu toleriren, oder zu rescindiren, und die daraus gebohrne Kinder pro incestuosis zu declariren seyn, inmaassen in solchen

Fällen

Fällen bekant, daß zu Befreyung eines Gewiſſens in caſu dubio allezeit tutior via zu eligiren, welches ſonder Zweiffel darin beſtehet, daß eine vollzogene Ehe, wenn ſolche nicht offenbahr wider GOttes Wort iſt, vielmehr zu conſerviren, als auffzuheben, zumahl in hoc ſtatu dubio ein Landes-Fürſt, wenn er die Ehe toleriret, und ſonſt ſeinen Mißfall durch eine andere Beſtraffung bezeiget, ad malitiam actus, ſi quæ ſubeſt, active nichts beyträget, hingegen aber, wenn er de Juſtitia matrimonii dubitiret, oder wenigſtens erhebliche Dubia vor ſich ſiehet, und dennoch eine Ehe trennet, ſich nach dem Ausſpruch des Apoſtels *Rom. XIV, 23.* in eine Seelen-Gefahr ſetzet, ſo wird pro conſervando matrimonio genung ſeyn, wenn wir unſere vor dem angeführte Rationes nochmahls behaupten, woraus zugleich, *quid ſalva conſcientia fieri poſſit?* von ſich ſelbſt erhellen wird, zu welchem Ende wir hiermit nochmahls zum Fundament repetiren, (1.) daß ſecundum literam Legis Moſaicæ die Heyrath mit eines Weibes Schweſter abſolute nicht verbothen ſey, mit welchem ſenſu literali das Exemplum des Ertz-Vaters Jacobs übereinſtimmet, und kan, daß darin der groſſe GOtt inſonderheit diſpenſiret, mit keinem Spruch aus GOttes Wort erwieſen werden: Hiernechſt geſetzt, daß das im Grund-Text befindliche Wort nicht allezeit eine leibliche Schweſter, ſondern auch quamcunque fœminam aliam bedeute, ſo leidet doch der Contextus nicht, daß in dieſem *Capit. Lev. XIIX.* ſolche Interpretation gemachet werde, weil darinnen die Worte überall de perſonis non nomine talibus, ſed vero ſangvinis vinculo junctis genommen werden, iſt alſo die Frage, ob im Gewiſſen ſicherer ſey, eine Ehe, welche literam Scripturæ & Exempla Sanctorum vor ſich hat, zu toleriren, oder ex dubia interpretatione verborum ſolche wieder auffzuheben? (2.) Bleibet dieſes Fundament annoch in ſeinem Stande, daß in dem gantzen Göttl. Geſetze kein Exempel gezeiget werden könne, da verbothen ſey, eine ex linea collaterali deſcendirende Weibes-Perſon zu heyrathen, inmaaſſen gewiß, daß die Jüdiſche Kirche, wie ſo wohl der Talmud, als alle alte Rabinen bezeigen, niemahls die Ehe mit eines Brudern oder Schweſter Tochter vor unzuläßig geachtet, ſondern vielmehr beſtändig defendiret, es befindet ſich auch im Neuen Teſtament darinnen keine andere Interpretation; Uberdem kein Zweiffel, daß die Jüden den Senſum literalem Le-

Quid in caſu dubio conſcientiæ conſultius?

Reſponſio ad rationes objectas.

gis Mosaicæ sowohl untersuchet, als die Christlichen Theologi, welche den Verstand der Ebräischen Sprache von ihnen überkommen, es ist auch derenselben Interpretation, so viel den gegenwärtigen Casum betrifft, daß eine grössere Turpitudo vorhanden sey, wenn die Frau vorher an Mütter Stelle gewesen, um soviel mehr zu attendiren, weil die Theologi Lipsienses selbst *A. 1699.* da so hochberühmte Männer des Orts sich aufgehalten, welche der H. Sprache ohne allen Zweifel völlig kund gewesen, solches selbst agnoscivet, wie in unserm vorigen Responso aus dem Dedekenno angeführet, wie denn auch kein Zweiffel, daß ex naturali ratione die major turpitudo daraus erhelle, wenn einer seines Vatern Bruders Weib heyrathet, quod duo mares sangvine juncti in ejusdem fœminæ semen uterum immittant, auff welche Ration *Levit. XX, 20.* gezielet wird, welche Fœditas, wenn der Mann seiner Frauen Schwester Tochter heyrathet, allerdings cessiret, und kan der Respectus parentelæ eandem turpitudinem nicht mit sich führen, weil, wie gedacht, in fœmina, ex collateralibus descendente, kein einziges Exemplum prohibitionis vorhanden, da hingegen in fœmina, quæ antea matris loco fuit, tria prohibita exempla *Levit. XIIX, 12. 13. 14.* nach der Reihe hingesetzet, und solche abermahls *Lev. XX, 19. & 20.* wiederholet, welches wenn der höchste Gesetzgeber nur allein auf den Gradum, nicht aber hauptsächlich auf die Personen gesehen hätte, nicht wäre nöthig gewesen. Ferner improbiret auch diese Heyrath nicht der seel. Lutherus, daß er aber seine Meynung verworffen haben solte, ist in seinen Schrifften nicht zu befinden, denn daß er nachher gesagt, es wäre sein Rath, man liesse es bey denen Rechten bleiben, solches ist de matrimonio adhuc contrahendo allerdings auch unsere Meynung, nunmehr aber, da de contracto matrimonio, post susceptos jam liberos dissolvendo, die Frage ist, so kömmt es abermahl darauff an, was pro conscientia Principis am sichersten sey: Ob der Landes-Herr eine Ehe, welche die gantze Jüdische, auch die Christliche Kirche, welche der seel. Lutherus und Philippus Melanchthon, welche die vormahligen Theologi Lipsienses selbst, wie in dem übersandten Responso Theologico zugestanden wird, ingleichen das Chur-Sächsische Ober-Consistorium, telt. Carpzovio *in Jurisprud. Eccles. Lib. 2. def 99.* auch noch itzo die meisten Theologischen und Juristischen Facultäten auf

Ostenditur major turpitudo.

Lutheri sententia.

Repetitur controversiæ status.

auf denen Evangeliſchen Univerſitäten pro tolerabili erachten, ex nova opinione der itzigen Theologiſchen Facültät daſelbſt trennen, und alſo in ſolcher Gewiſſens-Sache, relicta litera Scripturæ Sacræ & Theologorum ac JCtorum communi ſententia die ſingularem opinionem erwehlen, ohngeachtet desjenigen Landes-Herrn, woſelbſt dieſe Heyrath contrahiret, bereits ertheilten Diſpenſation, die vollzogene Heyrath hinwieder trennen könne?

An hic ſit continuatus inceſtus?

Und ſolcher geſtalt fällt das Conſectarium von ſich ſelbſt dahin, als wenn dieſe Eheleute in continuato inceſtu lebten, und täglich Sünde mit Sünden häufften, welche eine Landes-Obrigkeit, wo ſie ſich dergleichen Sünde nicht theilhafftig machen wolte, ohne Verletzung des Gewiſſens nicht nachſehen könte, denn da die Prohibitio Legis Divinæ expreſſa nicht vorhanden, ſondern ſolche contra literam ex ſingulari interpretatione, wie oben angeführet, erzwungen werden will, ſo kan hieſelbſt kein inceſtuoſus concubitus mit Beſtande aſſeriret werden.

Deciſio.

Dieſemnach erachten wir, daß in hoc caſu dubio die Ehe, ſalva conſcientia, & cum gravi præjudicio derer daraus gebohrnen Kinder, nicht getrennet, ſondern ſolche ohne Verletzung des Gewiſſens toleriret werden könne. V. R. W.

Conſenſus aliorum.

§. XXIX. Ceterum alias pro illa ſententia, quod matrimonium in gradibus, Jure Divino expreſſe prohibitis, diſſolvendum ſit, pugnant & Theologi, & JCti magni nominis; ſufficiat citaſſe ex Theologis Brochmandum, *Syſtem. Theol. art. de Conjug. cap. 4. quæſt. 51.* Balduinum, *de Caſib. conſcient. L. 4. tit. 13. c. 9.* Havemannum, *in Gamol. Synopt. L. 2. tit. 5. poſ. 9. reg. 16. & tit. 7. reg. 2. & L. 3. tit. 14.* Gerhardum *Loc. de Conjugio, §. 289. 346. & 649.* ubi & conſenſum Lutheri adfert; ex JCtis Esbachium *ad Carpzov. P. 4. C. 23. def. 11.* Brunnemannum *ad Auth. Ex complexu. C. de Inceſt. nupt. & in Jure Eccleſiaſtico L. 2. c. 16. §. 27.* Farinac. *Pract. Crim. P. 5. tit. 16. qu. 149. n. 134. 137. 141. & ſeqq.* Kitzel. *in Synopſ. matrim. c. 3. theor. 13. & 22.* Perez. *ad tit. C. de Inceſt. nupt. num. 11. ſeqq.* Schrader. *ad tit. Inſt. de Nuptiis, num. 110. ſeqq.* Schneidew. *ad d. tit. Inſt. P. 3. num. 5. ſeqq.*

Digitized by Google

Nullum est matrimonium posterius, nondum finito primo.

§. XXX. Porro inter matrimonia absolute nulla refero matrimonium posterius contractum, nondum finito priori. Postquam enim semel matrimonium cum una legitime contractum, alii semet sub specie matrimonii jungendo nihil agit, omne enim illud nullum, quod contra Leges est, quocunque prætextu gestum; unde, duplici matrimonio concurrente, posteriori prius semper præferendum. Prius enim matrimonium tantum est verum & dissolubile, atque hinc post secundas nuptias, quamvis bona fide & sine dolo contractas, priori conjuge revertente, dissolvendum posterius matrimonium, & priori restituenda conjux, *Cap. 19. X. de Sponsal Cap. 2. X. de Secund. nupt.* Thom. del Bene *Tract. moral. 3 Dubit. 18. Sect. 8. in fin.* Finckelth *Obs. 111. n. 8. & 9.* Henr. Canisius *in Comment. ad cap. 19. num. 5.* Brochmand. *art. de Conjug. c. 4. qu. 59.* Lutherus *Lib.* Von Ehe-Sachen, *P. 1. art. 3. §. fin.* Dedekennus *Vol. 3. L. 4. Sect. 5. num. 37. & 38.* ubi præjudicia, Carpz. *Lib. 6. Resp. 89. num. 9.*

An maritus prior uxorem recipere teneatur?

§. XXXI. Hoc vero dubium quam maxime, an maritus, prior reversus compelli possit, ut uxorem alteri junctam recipiat? Distingvendum hic omnino est, vel ipsa æquitate svadente, an culpa uxoris intervenerit, forte quod nondum rite de morte conjugis informata, ad secunda statim vota convolaverit; an vero nulla ejus accesserit culpa, veluti, si adfuerint testes, falso de morte mariti deponentes, & his decepta uxor, secundo marito nupserit. *Priori casu* dubium non est, quin maritus prior uxorem suam repudiare possit, frustra id desiderante uxore, quippe quæ sibi imputare debebat, quod non melius inquisiverit in veritatem famæ, de morte mariti acceptæ. Ista vero hic suboritur quæstio, an secundus maritus hoc casu teneatur retinere uxorem? Poterat videri quod non, idque ob hanc causam, quod matrimonium secundum jam eo tempore non constiterit, ac nullum fuerit, quo contractum, si hoc, non erit maritus, & sic deserere uxorem, ut meretricem, quocunque tempore poterit, quia quod nullum est, hoc Doctores perinde habent, ac si omnino factum non esset. Tiber. Decian. *Vol. 1. Resp. 10. n. 34.* Thoming. *Decis. 20. n. 14.* Verum nihilo secius existimo subsistere hoc casu matrimonium secundum; Maritus enim posterius semel fidem dedit huic fœminæ, quam fallere postea nequit, *arg. L. 5. C. de O. & A. L. 1. ff. de*

Negatur, si culpa uxoris accesserit.

An hoc casu secundus maritus uxorem retinere teneatur?

ff. de Conſt. pec. Utut vero hoc poſterius matrimonium pro nullo habeatur, hoc tamen in favorem ſolum prioris mariti fit, & ſic, eo juri ſuo renunciante, ceſſat nullitas, cum manifeſti juris ſit, quod ſi negotium aliquod improbetur, hoc ſemper intelligendum ſit, volente eo, in cujus gratiam id cavetur. Brunnem. *ad L. 30. C. de Tranſact. num. 3.* Ita quod a falſo curatore geſtum, nullum eſt, ſed poteſt tamen minor ratihabere, quæ geſta. *L. 14. de Procurat.* Mev. *P. 6. Dec. 139. num. 2.* Uti & Dominus poteſt ratificare ea, quæ falſus procurator geſſit, Trentacinqu. *Variar. Reſolut. L. 2. tit. de Procurat. Reſol. 2.*

§. XXXII. Poſteriori autem caſu, ſi culpa uxoris nulla interveniat, magis diputatur, an maritus eam recipere teneatur? An ſam diſputandi dedit *Nov. 117. cap. 11.* ubi expreſſis verbis dicitur: *ipſe vero licentiam habeat, ſi voluerit, ſuam uxorem recipere*; junſta *Nov. Leonis 33.* ubi pariter legitur: *brum recipiendi facultas ſit.* Quibus Juris Civilis textibus addendus textus Juris Canonici *in c. 1. Cauſ. 34. qu. 1. & 2.* cujus hæc verba ſunt: *ſi viri poſt longam captivitatem reverſi ita in dilectione ſuarum conjugum perſeverarint, ut eas cupiant in ſuum redire conſortium &c. reſtituendum, quod fides poſcit.* His textibus moti non pauci ſunt, ut in genere ſtatuerent, non poſſe compelli maritum priorem ad recipiendam uxorem ſuam. Dn Bruckner. *Deciſ. Matrim. cap. 27. n. 12.* Brouwer. *de Jure Connub. L. 2. cap. ult. num. 13.* Cypræus *de Jure Connub. P. 1. de Sponſal. c. 13. §. 71.* Rittershuſ. *in Expoſit. Novell. P. 4. c. 10. num. 8.*

Quid ſi uxor ſam diſputandi dedit *interveniat* *Rationes neganda ſunt* *reſtituendum*

§. XXXIII. Mihi autem contraria ſententia & verior, & æquior videtur, modo uxor, quæ bona fide & auctoritate Conſtorii poſterius matrimonium bona fide contraxit, mox poſtquam de vita prioris mariti edocta, a poſterioris conſortio conjugali ſemet abſtinuerit, quod facere tenetur, *Cap. 2. X. de Secund. nupt.* ibi: *relictis adulterinis complexibus.* Nihil enim eſt, quod imputari poſſit uxori, quo ſe ream perfidiæ fecerit, ac matrimonii vinculum ſolverit, quippe cum omnia errore geſta, quæ effectum habere nequeunt, ut ita maritus nullum jus habeat petendi ſeparationem a propria uxore. Accedit manifeſta & clara ſanctio Juris Canonici in *d. Cap. 2. in fine*, quæ generalis eſt, & præceptiva: *Quod ſi poſt hoc de prioris conjugis vita conſtiterit, relictis*

Affirmativa probatur. *Negantium ratio-nes refutantur.*

adulterinis complexibus, ad priorem conjugem revertatur: ubi non addit Pontifex, ſi voluerit maritus, ſed in genere reſcindit matrimonium ſubſequens. Neque obſtant textus ſupra citati, nam vix eſt, ut iſti textus Juris Civilis in foro pro deciſione cauſarum allegari poſſint, ſiquidem in matrimonialibus non Jus Civile, ſed Canonicum ſequimur. Et notum eſt, Jus Civile admodum facile fuiſſe in indulgendis divortiis, unde illius deciſione adeo præciſe inhærendum non eſt. Videamus ergo de illo *Can. 1. Cauſ. 34. qu. 1. & 2.* Sed & hic tantum abeſt, ut mihi obſit, ut potius meam ſententiam egregie confirmet, ipſa enim ejus inſpectio docet, agi de interveniente uxoris culpa, utpote ſi illa *proprium maritum interemptum putarit, aut nunquam a dominatione crediderit liberandum, & ad alterius conjugium ſolicitudine cogente tranſierit*, uti verba Canonis ſonant; ex quibus ſatis perſpicere eſt, agi de caſu, ſi feſtinaverit uxor ad ſecundas nuptias. Deinde eſt iſte textus ex decreto, & ſic auctoritatem legalem non habet, maxime cum pugnet contra expreſſum textum, ex Decretalibus deſumptum. Sed poſſet forte hic nobis ea objicere, quæ ſupra §. *31. in fine* allata, quod hoc matrimonium nullum ſit in gratiam primi mariti, hic ergo ſuo juri renunciare poſſit; ſed Reſp. ibi de caſu agitur, ubi ob culpam ſuo juri renunciandi facultatem habet maritus; Hic aliud obtinet.

Examinatur ſententia Dn. Nicolai.

§. XXXIV. Quibus ita rejectis, facilis eſt reſponſio ad ea, quæ habet Dn. Nicolai *Tr. de Repudiis & divortiis, P. 2. cap. 1. num. 52.* ubi in ſpecie ſe noſtræ ſententiæ opponit: nam perpenſis verbis ipſius, ſtatim apparet, voluiſſe eum ſibi adverſarium, quem tamen non habet. Ita vero ejus verba *d. num. 62.* ſe habent: *Contraria tamen ſententia nobis magis præferenda videtur, cum enim per affectatas ſecundas nuptias ſemel jam ſit violata pudicitia uxoris, fidesque conjugalis marito abſenti antehac data, rupta, & hinc per copulam cum alio factam diſſolutum matrimonium, ac error & ignorantia ab uxore prætenſa ipſam excuſare nequeat, conſequens eſt, maritum reverſum, ſine ſua culpa ab alio ſubactam & corruptam mulierem præter ſuam voluntatem cum ſummo decore & opprobio in matrimonio retinere non teneri.* Quibus quid clarius, quam loqui eum de caſu, quo uxoris interceſſit culpa, dum nondum de morte mariti edocta ſtatim ad alia vota properat, ſic enim *violat pudicitiæ-*

dicitiam, & rumpit fidem conjugalem: id quod neutiquam facit, ſi valde probabilibus teſtimoniis, & auctoritate Conſiſtorii fulta, ſecundo nubat: utpote cum maritum mortuum credat, mortuo autem non debeatur fides. Tali enim modo ſi procedat uxor, quis dicat, ipſam rumpere prius vinculum? Quin potius id, quod ſecundo contrahit, nullum eſt. Revera ergo nobiſcum, invitus etiam, conſenſit Dn. Nicolai. Nam ultimum ſententiæ ejus fundamentum, *quod error & ignorantia eam excuſare nequeat*, nihil ſolidi habet, & vel ex iis, quæ ipſe habet Nicolai, *d. cap. 1. num. 49.* refutari poteſt. Si enim ob adulterium ex ignorantia & errore perpetratum non eſt locus divortio, uti *d. num. 49.* recte ſtatuit, ſequitur, ut error & ignorantia ſit legitima excuſandi cauſa: neque uxorem ſuam cum majori dedecore & opprobrio retinet maritus ex captivitate reverſus, quam ille, cujus uxor adulterium ex ignorantia & errore commiſerat. Utrobique ergo cum eadem ratio eſt, non diverſum jus obtinere. Conf. Dn. Jo. Klein JC. Roſtochienſis celeberr. *in Diſſ. de præferentia Matrimon. in concurſu duorum. n. 122. & ſeqq.* Ex qua diſſertatione reliqua, quæ in hac materia adhuc deſiderari poſſent, petere licet.

§. XXXV. Poſceret nunc materiæ connexio, ut paululum examinaretur ratio probandi alterius mortem, verum brevitatis amore remitto Lectorem hujus rei cupidum ad Carpzov. *Jurispr. Conſiſt. L. 2. def. 166. 167. 168. & 169. Jurispr. For. P. 1. C. 16. d. 37. & 38 & in Praxi Crim. qu. 58. num. 44. ſeqq.* Farinac *Pr. Crim. quæſt. 140. num. 52. & ſeqq.* Finckelth. *obſ. 85. num. 14. ſeqq.* Dn. Klein. *d. Diſſert. de Præferent. Matrim. in concurſ. duor. num. 56. ſeqq.* De cetero, quomodo ſe gerere debeant conjuges, ſuborto dubio in conſcientia, an legitime contractum ſit matrimonium, prolixe inquirit Thom. del Bene, *Tract. moral. 2. de Conſcientia opinante, Dubit. 10. Sect. 13. num. 4.* Sanchez. *de Matrimon. Sacram. Lib. 2. Diſp. 141.*

Quomodo probanda mors? Quid agendum, ſi dubitetur, an legitime contractum ſit matrimonium?

§. XXXVI. Vidimus hactenus, quid Juris, ſi matrimonium aliud contractum, priori nondum ſoluto; nunc examinanda quæſtio valde agitata, an, ſi prius ſponſalia publica quis cum una contraxerit, & poſtea cum altera verum inierit matrimonium, hoc pro valido, an invalido ſeu nullo habendum? Verum & hic di-

Sponſalia publica an nullum reddent matrimo-

cen-

nium poſtea cum alia contractum? Affirmatur queſtio, & probatur.

cendum exiſtimo, nullum eſſe matrimonium poſterius. Si enim hanc rem paulo accuratius examinemus, patebit facile, non poſſe locum invenire aliam deciſionem. Cavendum modo eſt, ne quis ambiguo nominis ſono decipiatur, nec enim omne id eſt matrimonium, quod ita vulgo vocatur. Primo igitur, contractis ſponſalibus publicis, manifeſtum eſt, ſponſo jus non eſſe alii ſemet deſpondendi, cum non amplius ſuperſit facultas conſentiendi, poſtquam uni jam conſenſit: proinde ſponſalia poſteriora ob defectum facultatis conſentiendi ſunt nulla. In quo plurimi conſentiunt, Berlich. *P. 4. concl. 28. n. 63.* Cypr. *de Sponſal. c. 10. §. 22.* Gerh. *Loc. de Conjug. 146. qu. 7.* Carpz. *Jurispr. Conſiſt. L. 2. def. 63.* His nullis ſponſalibus poſterioribus, ſi acceſſerit benedictio ſacerdotalis, quis dicat, nunc ea majori validitate gaudere? An ergo benedictio ſacerdotalis poteſt validum reddere, quod antea erat invalidum? Sane idolum faciunt noſtrates ex benedictione ſacerdotali. Conf. Bruckner, *Deciſ. matr. c. 2. num. 101.* dum quidem ſponſalia priora præferunt diſſentientes, ſi ad poſteriora ſolus acceſſerit concubitus, Carpzov. *d. L. 2. def. 65.* ſed ſi copula ſacerdotalis acceſſit, poſteriora præferunt. Carpzov. *d. l. def. 66.* Quæ ratio connexionis? Eſt & hic effectus illius Principii Pontificii, *matrimonium eſſe ſacramentum;* Hoc vero dum rejicimus, neſcio, quare tam difficulter ad reſciſſionem matrimonii per ſe nulli accedere Dd. ſoleant. Cum tamen Pontificii ipſi matrimonium hoc poſterius reſcindere non dubitent *Cap. 31. X. de Sponſal.*

Rationes diſſentientium examinantur.

§. XXXVII. Sed ponderemus nunc rationes diſſentientium: in ſpecie quid Carpzovium moverit, ut hanc ſententiam, quam ante amplexus eſt *in Prax. Crim. qu 67. n. 59.* deſerendam *in Jurispr. Conſiſt. L. 2. d. 66.* & contrariam amplectendam judicaverit. Et primo quidem dicit, ſolum conſenſum non ſufficere ad nuptias, ſed requiri benedictionem ſacerdotalem. Reſpondeo: nec ſola benedictio ſufficit, ſi non præceſſerit conſenſus legitimus, aſt hic non præceſſit conſenſus verus in matrimonio poſteriori, quia maritus alii jam ſe obligaverat, & ſic de jure conſentire non poterat, nullus ergo erat conſenſus poſteriori datus. Inſtat porro Carpzov. *non facile quisquam negaverit, matrimonio potius quam ſponſalibus faveri: ſponſalia facilius quam matrimonium diſſolvi: conjugium perfectum*

Etiam initiato præferri &c. Concedo hæc omnia, ſed tunc, ſi matrimonium ſit validum: invalidi enim & jure prohibiti nullum eſt vinculum, nulla obligatio, *L. Non dubium. 5. C. de LL.* Id autem eſt invalidum, ubi conſenſus deficit, ut in hoc caſu. Confugit tandem Carpzovius ad trinam denunciationem publicam: ſed quid ſi prior ſponſa ejus nullam conſecuta ſit notitiam. Denique inſigne ſcandalum per annulationem matrimonii excitari ſcribit. Repono: accipitur ſcandalum, non datur; vid. Bruckn. *Deciſ. matr. c. 2. num. 101.* ſcandalum eſt, fidem fallere: imo ſcandalum eſt, fidei violationem publice approbare. Id vero majoris ponderis eſt, quod alii objiciunt ex *L. 15. C. de R. V.* poſteriorem propterea præferendum, quia ipſi tradita eſt ſponſa per matrimonium, ad exemplum rei duobus venditæ & poſtriori traditæ. Ad hæc vero regero, non valere argumentum a contractu, venditionis ad matrimonium; illic res eſt pro objecto, hic perſona; illa æſtimari poteſt, hæc non. Conſentiunt nobiſcum Berlich. *P. 4. Concl. 28. n. 64.* Beuſt. *de Jure Connub. P. 1. cap. 10.* Modeſt. Piſtor. *Vol. Conſ. n. 42. n. 47.* Schurf. *Cent. Conſ. 57. n. 1. ſeqq.* Bruckner. *Deciſ. matrim. c. 4. n. 53. & c. 28. n. 14. & 19.* Lutherus citatus a Carpz. *Pr. Crim. Quæſt. 67. n. 59.*

§. XXXVIII. Imo nec praxis hanc ſententiam deſtituit. Ita enim pronunciatum Lipſiæ teſte Carpzovio *d. Qu. 67. n. 60.* Alia præjudicia vide *in Sect. præced. de Concurſu Sponſaliorum, cap. 2.* Imo ſuperiori adhuc anno hanc ſententiam approbavimus in Facultate. Caſus hic erat: contraxerat J. E. K. ſponſalia, uti in ſcriptis profitebatur, publica cum vidua quadam C. A. L. Hæc vero, non attentis prioribus ſponſalibus, matrimonium inierat cum A. H. K. idque omni parte conſummaverat. Prior itaque ſponſus actionem inſtituebat ad reſciſſionem matrimonii poſterioris; Actis ergo integris ad Theologicam ſimul & Facultatem Juridicam transmiſſis a Conſiſtorio Osnabrugenſi Aug. Conf. *Menſ. April. 1698.* ita concepta eſt ſententia: Dieweil Beklagte auff die wider ſie erhobene Eheklage geantwortet, und derſelben nicht allenthalben geſtändig, ſo iſt Kl. den Grund derſelben, und ſo viel ihm daran verneinet, abſonderlich aber, daß zwiſchen ihme und Beklagten Sponſalia publica getroffen worden, beſſer als geſchen, binnen Ordnungs-Friſt zu erweiſen ſchuldig ꝛc. Immittelſt iſt Beklagtin

Noſtra ſententia firmatur. Præjudiciis con-

biß zu Austrag der Sachen ſich A. H. K. Beywohnung, bey Straffe 100. Rthlr. gäntzlich zu enthalten ſchuldig, V. R. W. Ubi in rationibus decidendi hæc inter alia adducebantur: Ob wohl, ſoviel anfänglich die Sache an ſich ſelbſt betrifft, einige *Doctores* der Meynung ſind, daß *in concurſu ſponſaliorum*, wenn *ad poſteriora* die *Copula ſacerdotalis* kommen, es bey denen letztern zu laſſen ſey, und die erſt verlobte Perſon mehr nicht, als er etwan habendes *Intereſſe* und *Satisfaction* vor die Beſchimpffung prætendiren könne; Und weil dergleichen Caſus ſich allhier findet, dem Anſehen nach *definitive* geſprochen werden ſollen ꝛc. Dieweil aber dennoch anfänglich bewährter *Theologorum* und Rechts-Lehrer Meynung dahin gehet, daß wenn beyde *Sponſalia*, derenthalben Streit vorfället, *puclica* ſind, die erſtern vorzuziehen, wenn gleich die letztern *per concubitum et benedictionem ſacerdotalem* vollzogen worden; Welcher Meynung auch wir unſers Orts völlig beypflichten, und dieſemnach, da Kläger ſeine Klage auff Sponſalia publica ausdrücklich gründet, die von Beklagtin mit A. H. K. getroffene Verlobung und eheliche Verbindung, wann Kl. ſeine Intention erweiſen ſolte, nicht beſtehen kan, ſondern pro adulterio zu achten, ꝛc. Uber dieſes die erkannte Separation der Beklagtin und A. H. K betreffende, deren bißherige Conjunction, daferne die *priora ſponſalia, publica* geweſen ſeyn ſolten, obberührter maaſſen *pro adulterio* zu halten, ihnen dahero fernere Beywohnung, biß zu Austrag der Sachen nicht zu geſtatten ꝛc. So iſt, wie in dem Urthel enthalten, erkannt worden.

Legibus humanis matrimonium reddi poteſt nullum.

§. XXXIX. Agendum jam de nullitate matrimonii ob prohibitionem humanam, ubi hæc quæſtio præjudicialis prius diſcutienda: An matrimonium Legibus humanis pro nullo declarari poſſit? Sane matrimonium ſemel rite contractum, Legibus humanis poſtea irritari non poſſe, manifeſtum eſt. Verum, annon futuris matrimoniis certam præſcribere formam Princeps poſſit, qua non obſervata, matrimonium pro nullo declarandum? quæritur. Ego omnino exiſtimo, non tantum ob generale deciſum *L. 5. C. de LL.* ſed etiam ex principiis Jurisprudentiæ univerſalis, ex quibus notum eſt, poſſe Principem actionibus civium certam præſcribere normam, ac libertatrm eorum Legibus reſtringere, *§. 2. Inſt. de Jure perſon.* Si hoc, non apparet, cur non etiam libertatem

tem matrimonii reſtringere, & vel certam formam præſcribere, vel quibusdam perſonis matrimonium interdicere poſſit. Id vero hic ſuppono, niti debere iſtas Leges naturali quadam æquitate, & non refragari voluntati Divinæ nobis in Scriptura Sacra manifeſtatæ. Huic enim detrahere Princeps nihil quidquam poteſt. Unde recte Cyprianus *Epiſt. 8. Impium eſt, ſacrilegium eſt, quodcunque humano furore inſtituitur, ut diſpoſitio divina violetur.* Collimat huc veteris Eccleſiæ conſenſus, de quo teſtis eſt Marc. Anton. de Dominis *de Republ. Eccleſ. L. 5. c. 11. n. 5.* dicendo: *At firmiſſime ſemper vetus Eccleſia tenuit, matrimonium contra Leges Principum contractum, nullum eſſe.*

§. XL. Sed ſupereſt adhuc circa hanc rem dubium non leve; quod ſcilicet, ſi legibus humanis irrita poſſint reddi matrimonia, Pontificibus quoque licuerit ſancire, ut propter vota irrita reddantur matrimonia. Conf. Bellarminum *de Matrim. c. 21.* Cui ſententiæ cum ſe graviſſime opponat Gerhard *loc. de Conjug. §. 642. ſeqq.* Tandem ut eo felicius argumenta contraria refellere poſſit, §. *648.* Magiſtratus Leges de dirimendis matrimoniis in re ex Juris Divini diſpoſitione dependente invalidas pronunciat. Verum nihil evincunt Pontificii, noſtra licet ſententia admiſſa. Diximus enim, tunc poſſe, Legibus humanis irrita reddi futura matrimonia, ſi nihil derogetur Juri Divino: aſt illa Pontificiorum ſententia refragatur illi Juri. Nam, ut loca a Gerhardo *d. l.* adducta præteream, ſufficere potuerunt ſola Apoſtoli verba *1. Cor. VII, 9.* ubi expreſſe jubet, ut fœminæ, quæ ſe continere nequeunt, nubant; melius enim eſſe nubere, quam uri, cui directo ſe opponunt Pontificii dicentes, vota ſemel præſtita ſervanda, nec ulla concedenda in poſterum matrimonia, poſſe enim hominem ſe continete, & melius tunc eſſe, ita uri, quam nubere. Gerhardi ergo ſententia eatenus procedit, quatenus Leges Politicæ adverſantur diſpoſitioni Juris Divini. Modo non exiſtimet, omnes Leges Civiles matrimonium irritantes, eſſe contra Jus Divinum, quæ ſententia alias inter Theologos recepta eſt: huic enim ſententiæ nullum, ſalva conſcientia, concedere locum licet, cum manifeſto appareat, adhærere eam noſtratibus adhuc ex iſto falſiſſimo principio, quod matrimonium ſit ſacramentum, quod tamen ab eccleſia noſtra dudum reproba-

An votis nullum reddatur matrimonium?

An Leges Civiles, matrimonium irritantes ſint contra Jus Divinum?

tum. Ita enim ſtatuunt Pontificii: *Irritam reddi non poſſe quandam ſacramenti rationem, in quæ tota inſit ipſius natura, tametſi ritus debiti deſint.* Quæ verba fuerunt Johannis Triviſani, Venetiarum Patriarchæ, in Concilio Tridentino, prout ea refert Pallavicinus *in Hiſt. Concil. Trident. L. 22. c. 4. §. 8.* Neque eſt, ut præſidium quærant noſtrates in verbis *Matth. XIX, 6. quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* An enim Deus conjungit homines contra leges humanas? quas & conſcientiæ cauſa cuſtodiendas præcipit per Apoſtolum, *Rom. XIII, 5.* Sed his tenebris hodie, proh dolor! involuti vivimus, ut omnes credant, modo ſacerdos ſuam addiderit benedictionem ſacerdotalem, non alium matrimonii auctorem, quam Deum eſſe, utut cum eo pauciſſimi conjugum matrimonia ſua fuerint auſpicati; quas Papatus reliquias quilibet agnoſcit.

Nuptiæ ſine conſenſu parentum initæ, nullæ ſunt.

§. XLI. Quibus ita fundamenti loco præmiſſis, nunc ad exempla progrediendum eſt, ubi primo loco inter matrimonia, humanis Legibus nulla, ſe offerunt nuptiæ, invito patre contractæ, quas adeo nullas voluit Juſtinianus, ut nec matrimonii, nec dotis nomen hic admittendum, nec liberi inde nati alio, quam ſpuriorum, loco habendi ſint. *pr. & §. 12. Inſt. de Nupt. L. 31 ff. de Stat. hom. L. 2. 18. 36. ff. de Ritu nupt.* Quam matrimonii nullitatem ſoli Juſtinianeo Juri adſcribo, ratione tamen petita ex Naturali & Divino Jure, ob violatam reverentiam, patri debitam: ob hanc enim cauſam, læſionem ſcilicet reverentiæ naturalis, Jure quoque Divino nullum eſſe hoc matrimonium dicere non auſim. Jure Canonico an matrimonium ſine conſenſu parentum contractum, irritum ſit, an nullum, diſputatio eſt inter Dd. Verior tamen eorum ſententia eſt, qui hoc Jure matrimonium, ſemel contractum, etiam ſine conſenſu parentum, non reſcindi exiſtimant, quam defendit Dn. Thomaſius *Diſſ. de Validitate conjugii invitis parentibus contracti, §. 19.* Inde Tridentinum Concilium eos anathemate ferit, qui affirmant, irrita eſſe filiorum filiarumve matrimonia ſine conſenſu parentum, & parentes ea irrita facere poſſe, *Seſſ. 14. de Reform. matr. C. 1. de Clandeſt. matr.* add. Pallavicinus *in Hiſtoria Concil. Tridentin. L. 22. cap. 4.* ubi, quantum circa hanc rem diſſenſum ſit, enarrat. Verum non obſtante hoc, Galli ſuæ ſententiæ, antiquitus receptæ, hucusque tenaces, nullum & irritum tale matrimo-

Digitized by Google

trimonium pronunciant, teſte Franciſco de Roye *Inſt. Jur. Can. L. 2. tit. 9. §. 4*

§. XLII. Sed quid in praxi obtineat? nunc videndum. Hic ſane eo fere deventum, ut matrimonio jam tum conſummato, Parentis diſſenſus diſſolutionem vix operetur, ſi nihil aliud concurrat, quod matrimonio obſtet. Immenſum eorum numerum recenſet Dn. Bruckner. *Deciſ. matr. P. 1. c. 2. n. 91.* ab his tamen non pauciores ſunt, qui recedunt, quos enumerat Dn. Bruckner. *cit. loc. n. 93.* Ego rationes ab utraque parte non examinabo, ſed illud intactum relinquere non poſſum, quod uti palmarium eſt diſſentientium argumentum, ita & primo loco illud refert Dn. Bruckn. *d. l. n. 82.* ubi hæc reperiuntur verba: *Quia copula carnalis clandeſtinitatem purgat, & ſponſalia per concubitum in matrimonium abeunt. C. 3. & C. 6. de Cond. appoſ. quos autem Deus conjunxit, homo ſepare non debet, Matth. XIX, 6.* Verum enim vero, imbecillis omnino vis eſt argumenti, primo agitur hic de illicito & peſſimo concubitu hominum, & huic immediate additur, *quos Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Sane quis diceret, conjungere Deum homines per iſtiusmodi impuros, per deteſtabiles congreſſus. Proinde perpenſa hujus ſententiæ iniquitate D. Gerhard. *Loc. de Conjug. §. 82. ſeqq.* ab eadem recedit, atque expreſſe aſſerit, matrimonia invitis parentibus contracta, in ſe eſſe irrita, ſi vel maxime ſecuta fuerit copula carnalis, ideoque parentes, ſi jus ſuum urgere velint, earum diſſolutionem a Magiſtratu petere poſſe: ubi pluribus rationibus hanc confirmat ſententiam, & ad contraria reſpondet. Laudandi ergo ſunt mores illorum locorum, ubi Jus Civile hoc paſſu iterum in uſum introductum, quod factum in Marchia Brandenburg. ſpeciali Edicto Electorali de *Anno 1694. d. 15. Dec.* quod inſcribitur: Renovirte Conſtitution von Verlöbniſſen und Eheſachen. Ubi §. 7. hæc verba leguntur: Hingegen verbieten wir krafft dieſes nochmahls, daß ſich keine Kinder, Söhne, oder Töchter, ohne Unterſcheid ihres Alters, *Condition* und Standes, ohne Vorwiſſen und Einwilligung ihrer Eltern, als des Vatern, der Mutter, und da die nicht mehr vorhanden, des Großvaters, und der Großmutter, und nach dieſem der Vormünder (jedoch ſo ferne ſie rechtmäßige Urſachen *in caſu diſſenſus* haben) verloben ſollen. Und wenn gleich ſolches geſchehen,

Quid in praxi obtineat?

Praxis Marchica.

ſoll doch ſolches Verlöbniß, ungeachtet, ob daſſelbe in anderer Leute als Zeugen Beyſeyn geſchehen, und die Partheyen einander Mahlſchätze, Ringe, Geld und dergleichen darauff gegeben, oder ſonſt dieſelben mit hochbetheuerlichen Worten und Schreiben, oder auch wohl gar durch eydliche Verpflichtung abgehandelt, *Pacta dotalia* darüber auffgerichtet worden, für heimlich gehalten, und von unſerem *Conſiſtorio* vor unkräfftig und unbündig erkannt, die Perſonen auch in unſeren Landen nicht getrauet werden, & §. XV. Wäre es auch Sache, daß, gleichwie bereits oben Erwehnung geſchehen, das *Matrimonium abſque parentum conſenſu per copulam carnalem & benedictionem ſacerdotalem* von denen Kindern heimlich und *de facto* vollzogen worden, ſo ſoll in der Eltern freyen Willen ſtehen, ob ſie einen von vorgedachten Wegen erwehlen, oder bey unſerm *Conſiſtorio* um gäntzliche *Caſſation* und Auffhebung ſolcher Ehe anhalten wollen, inmaſſen denn dergleichen Beginnen, nicht allein *ſub lege punitionis*, ſondern auch nach Gelegenheit, der hierbey etwan vorkommenden Umſtände, gar *ſub lege annullationis* hiermit ausdrücklich verboten wird. Idem Sereniſſimi Brunſvicenſes in Ducatu Gvelpherbytano ante annos non adeo multos ſolenni Edicto conſtituerunt, & matrimonia, ſine patris vel matris conſenſu contracta, pro nullis declararunt.

Brunſvicenſes.

Matrimonium inter raptorem & raptam nullum eſt.

§. XLIII. Aliud exemplum prohibitionis humanæ ſuppeditat nobis *L. unic. de Rapt. virg.* ubi matrimonium inter raptorem & raptam irritum ſeu nullum declaratur, adeo, ut nec ad deſiderium raptæ continuatio ejus permittatur, ſed raptor ultimo ſupplicio deſtinetur. Cujus bona non ad raptam, ſed ad hujus parentes diſſentientes, & his deficientibus ad fiſcum pertinent. *Nov. 143. & 150.* Rittershuſ. *in Nov. Part. 12. c. 11.* Quod iterum immutavit Jus Canonicum *in C. pen. & ult. X. de Raptor.* atque tale matrimonium, *licet parentes reclament*, permiſit. Quam ſententiam Dd. communiter ſequuntur, vid. Sanchez. *de Matrim. Lib. 7. D. 12. n. 28.* Farinac. *Pr. Crim. Queſt. 145. n. 26. & n. 97.* Molina *de Juſt. & Jur. Tr. 3. D. 105. num. 9.* Carpzov. *Pr. Crim. qu. 75. num. 68.* Ubi huic deciſioni in terris quoque Imperii ſtandum eſſe, cum citatis Dd. tradit. Id quod eatenus quidem concedo, ut pœna capitis propter ſubſequens matrimonium locum non habeat, quia ſcil. tum pro formali raptu amplius id haberi nequit,

quit, cum nunc conſentiat rapta. Verum ſi exiſtimaverit Carpzovius, aliique, quos ſequitur, in totum ſtandum eſt diſpoſitioni Juris Canonici, ita, ut raptæ matrimonium cum raptore, invitis quoque parentibus inire liceat, nec id ſeparari poſſit ob ſolum parentum diſſenſum. Id quidem nulla ratione in praxi amplectendum exiſtimo, ob rationes jam ante §§. *præcedentib.* adductas. Cum & hac ratione neceſſitas conſenſus paterni facile eludi poſſit. Inde in iis locis, ubi ob diſſenſum parentum annullari matrimonium poteſt, per ſe conſtat, tale quoque matrimonium inter raptorem & raptam irritum reddi poſſe. Hinc diſpoſitio illa Juris Civilis non tantum quoad diſſolutionem matrimonii; ſed etiam quoad pœnam ſupplicii ſpeciali Edicto repetita ab ampliſſimo Hamburgenſium Senatu, *Anno 1646. d. 1. Octobr.*

§. XLIV. Jure Lubecenſi ſingulare eſt, quod pœna mortis raptori remittatur, ſi puella ſedecim annorum in raptum conſenſerit, nec ultra veſtimenta quotidiana ex bonis quicquam ſecum tulerit, eo ipſo tamen puella incapax ſit ſucceſſionis tam parentum, quam cognatorum, inde graviter diſputatum memini in caſu ſubſequenti, an raptus revera commiſſus, & an fœmina eapropter ſucceſſionem amiſerit, ubi Menſ. Mart. 1698. ſequenti modo reſpondimus: Hat M. H. bey C. L. eine eheliche Affection geſuchet, und da er ihrer Einwilligung verſichert geweſen, ſich bey deren Curatoribus gleicher geſtalt gemeldet, da er aber deren Conſens nicht erhalten können, ſie ſich mit einander eydlich verbunden, das unter ihnen geſchehene eheliche Verſprechen beſtändig zu halten, und ſolches bey Gelegenheit zu vollziehen, die C. L. auch, da ſie ihrer Freunde harte Contradiction und Widerwillen in der That verſpüret, ſich dahin reſolviret, auff des M. H. ſchrifftliche Notification zu ihm aus der Stadt zu gehen, demſelben nachzufahren, und ſich ehelich vertrauen zu laſſen, deshalben itzo ihre Brüder und Curatores den M. H. ex capite raptus peinlich belangen, auch wider die C. L. abſonderlich ad amiſſionem bonorum nach Anleitung der Lübeckiſchen Statuten *Lib. 4. tit. 7. art.* 2. klagen.

Singularia circa raptam de Jure Lubecenſi.

Facti ſpecies.

Wenn nun gleich eingewandt werden will, daß hieſelbſt alle Requiſita criminis raptus vorhanden, nemlich Abductio honeſtæ per-

perſonæ, licet conſentientis, de loco in locum, libidinis cauſa, *L. un. C. de Rapt. virgin. & ibi Dd.* indem die C. L. eine Perſon von 16. Jahren, und alſo in ihrer Unmündigkeit, ſo unter ihrer Curatorum arbitrio geſtanden, und ohne deren Conſens ſich nicht ehelich verſprechen, vielweniger in die Entführung conſentiren können: Velle enim non cenſetur, quæ alterius arbitrio adhuc regitur, *L. Velle. 4. ff. de R. J.* cum ejus ſit velle, qui poteſt nolle, *L. 5. ff. d. R. J.* (2) Und alſo hieſelbſt, daß die C. L. mit ihrem guten Willen ſich aus Lübeck mit dem M. H. begeben, nicht geſaget werden kan; Zumahl wie aus dem beygelegten Brieff ſub lit. A. zu erſehen, er ſie blandis perſvaſionibus zu dergleichen Reſolution induciret, quæ blanditiæ tanquam peſſimum veri affectus venenum a Jure noſtro improbantur. *arg. L. 4. ff. de Inoff. teſtam.* (3) Ferner auch aus denen gemeinen Käyſerlichen Rechten bekant, quod & in ſponſam raptus committatur, *L. un. C. de Raptor.* welche Diſpoſitio Juris Civilis bey denen Evangeliſchen mehr zu attendiren, als was in Jure Canonico dieſfalls favore matrimonii verordnet worden, indem die Obligatio Juris Canonici apud Evangelicos ceſſiret. (4) Endlich auch, daß dieſe Abductio libidinis cauſa geſchehen, aus dem erfolgten gnugſam abzunehmen, indem der Majeur dieſes junge Menſch, ſo bald er ſie in das Mecklenburgiſche Territorium gebracht, fleiſchlich erkannt, und die Prieſterl. Vertrauung nicht abgewartet; Ille enim a raptus pœna excuſari ſolet, qui dum abductam carnaliter cognoſcere potuit, hoc tamen, pœnitentia ductus, non fecit, Ant. Matthæi *de Crim. L. 48. ff. tit. 4. c. 2. n. 4.* Brunnemann. *ad d. L. un. C.* ubi ergo copula carnalis mox in ipſo adhuc itinere ſequitur, wird dadurch Malitia allerdings vermehret, und er der in denen Rechten geſetzten Straffe unterworffen.

Rationes decidendi.

Weil aber demnach (1.) von dem Kläger ſelbſt nicht geläugnet wird, daß Majeur Heyer eine redliche und ehrliche Intention gegen damahlige Jungfer Lefevers gehabt, er auch ſolche Heyrath ordentlich mit Einwilligung der Curatoren und Anverwandten, zu vollziehen geſuchet, dirſe aber theils ihren Conſens verſaget, theils denſelben ſuſpendiret, die Brüder aber ſolche Heyrath auff alle Weiſe zu verhindern geſuchet, und hiedurch zwiſchen ihnen beyden die eheliche Affection um ſo viel mehr zugenommen, daß ſie ſolche

auch

auch mit einem Eyde beſtätiget, und ſolchergeſtalt ex initio hujus negotii ſattſam abzunehmen, daß der Majeur kein Propoſitum raptus; oder explendæ libidinis, ſondern legitimum matrimonium contrahendi, gehabt, aus welchem initio honeſto dasjenige, was darauff erfolget, vornehmlich zu æſtimiren iſt. In omni enim negotio non eventus, ſed initium ſpectandum, *L. 8. ff. Mandat.* Carpz. *Prax. Crim conſt. 29. n. 43.* Unde cum tali caſu, non libidinis, ſed matrimonii cauſa quis puellam abduxiſſe, cenſeatur, tum pœna raptus ordinaria tam Jure Lubecenſi, quam communi ceſſat. Mevius *ad Jus Lub. Lib. 4. Tit. 7. Art. 2. n. 4. in fin.*

(2.) Hiernechſt auch, da die Curatores und Anverwandten keine genugſame Cauſam diſſentiendi gehabt, und die Jungfer ihr eheliches Verſprechen mit einem Eyde beſtärcket, daraus eine Verbindung in conſcientia entſtanden, ſo ſie ob ceſſans ſalutis æternæ periculum zu erfüllen ſchuldig geweſen, *per C. Quamvis. 2. de Pact. in 6.* Periculoſum enim eſt ſponſæ, contra ſuum juramentum venire, *C. Ex Literis. 10. X. de Sponſal.* unde licet magnus favor vitæ monaſticæ ſit Jure Canonico, tamen ſi fœmina jurato promiſerit nuptias, & poſtea animum mutet, & in monaſterium tranſire velit, tutius ipſi eſt, juramenti religione ſervata matrimonium contrahere, *C. Commiſſum. 16. X. de Sponſal.* Gonzal Tellez. *ad d. C. 16. in fin.* Barboſ. *ad C. 3. X. de Jurejur.*

(3.) Auch in facto gewiß, daß bey dieſer Entführung die geringſte Gewalt nicht verübet, ſondern alles mit der Deſponſatæ gutem Willen zugegangen, als welche ſich ſelbſt auſſer der Stadt mit ihrer Magd zu dem Majeur verfüget, und mit ihm davon gereiſet, qua vi ceſſante, in perſona ſui juris ceſſat pœna raptus, Sanchez. *de Matrim. Lib. 7. Diſp. 12. n. 6.* Farinac. *Quæſt. 145. n. 134.* Theodoric. *Colleg. Crim. c. 6. Aphor. 8. n. 6.* und zwar

(4.) Dieſes alles aus keiner andern Intention geſchehen, als durch Prieſterliche Copulation die Ehe zu vollziehen. Quando enim quis puellam de futuris deſponſatam abducit, non rapit illam, ſed commodiorem tantum locum ad perficiendum matrimonium promiſſum quæſiviſſe videtur, Brouwer. *de Jur. connub. Lib. 2. c. 23. n. 22.* Daß alſo der Animus rapiendi dahin fällt, und nur in modo conſequendi matrimonium hujus puellæ von dem Majeur peccirt worden, daß er contra diſſentientes Cura-

tores nicht Obrigkeitliche Hülffe gesuchet, sondern via facti verfahren, und dasjenige propria auctoritate vorgenommen, darüber vorher Obrigkeitliche Erkäntniß ergehen sollen, ob die Causæ dissentiendi erheblich gewesen, oder nicht, in welchem letzten Fall die Obrigkeit den Consensum Curatorum suppliren soll, *arg. L. 19. ff. de Rit. nupt.*

Responsio ad Rat. dubitandi

Dasjenige auch, was loco Rationum dubitandi angeführet, ad probationem raptus nicht zu rechnen ist, weil (1.) eine Weibes-Person, so von 16. Jahren, in matrimonialibus bereits pro majorenni gerechnet wird, indem sowohl das Käyserl. als das Lübecksche Recht derselben nubendi potestatem verstattet, auch in specie das Lübecksche Recht *Lib. 4. Tit. 7. Art. 2.* wenn dergleichen Person mit ihrem Willen entführet, und ehelich vertrauet wird, das Matrimonium vor gültig erkennet, und die Lebens-Straffe erlässet, welches nicht geschehen möge, wenn eine Jungfer von 16. Jahren nicht in raptum & matrimonium consentiren können; Deficiente enim consensu, deficeret ipsum matrimonium, *L. Nuptias. 30. ff. de R. J.* wie denn deshalben, wenn sie unter 16. Jahren ist, der Consensus pro nullo geachtet, und der Entführer am Leben gestraffet wird, *per d. Art. 2. Jur. Lub.*

consummato tamen matrimonio hoc concedendum non est: qui enim pendente conditione ad consummationem matrimonii procedit, conditione renunciasse censetur, *C. Per tuas. 6. X. de Condit. appos.* & ibi Barbosa Covarruv. *de Sponsalib. P. I. cap 4. n. 18.* Quod temperandum censeo, nisi ejus generis sit conditio, quæ ex intentione contrahentium adesse debet, sive quæ huic negotio tacite inest. Quare quamvis communiter explodatur conditio: *Ducam Te, si te virginem deprehendero*, Sanchez. *de Matrim. L. 5. Disp. 16. n. 5.* Beust. *de Matrim. Lib. 1. de Spons. cap. 18.* attamen subsistet illa, matrimoniumque nullum reddet, si illo contracto, non solus virginitatis defectus, utpote cujus certa signa non dari, fatentur plerique, Gonzalez Tellez *ad C. 4. num. 8. X. de Probat.* Zachias *Quæst. Med. Legal. L. 4. tit. 2. qu. 1.* sed virginitas per stuprum admissa allegetur, & probetur: utut enim hæc conditio non reservata, tacite tamen subintellecta. Sine ratione ergo asserunt, conditionem jam adductam adeo illicitam esse, ut quamvis postea corrupta deprehensa sit, resolvi matrimonium nequeat, Bechstad. *de Condit. Sponsal. cap. 2. num. 2.* licet ex Juris Canon. principiis, ob virginitatis florem stupro amissum marito non succurrentibus, præsidium capiat Bechstadii sententia.

matrimonium?

De conditione inserta.

§. LXVI. Plura adhuc restant circa matrimonii nullitatem notatu digna, verum angustia temporis jubet, me brevem esse, ideoque, quæ superstant, dignito saltem demonstrasse sufficiet. Pertinet vero huc matrimonium tutoris cum illa, quæ pupilla fuit, contractum, antequam tutelæ rationes redditæ, quod Legibus nostris interdictum, *tot. tit. C. de Interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem* cujus matrimonii nullitas ex *L. 6. C. d. t.* manifesto apparet, ubi & matrimonium pro non contracto reputatur, liberique inde nati, legitimorum jure non veniunt, cujus ratio *in §. 12. Inst. de Nupt.* Conf. *L. 3. C. d. t.* Hoc mirum, quare ad illum, qui pro tutore se gessit, hoc non extendendum; ratio enim, quam Impp. in *L. fin. C. de Interdict. matrim.* subjungunt, *ne ex hujusmodi subtili vel maligno tractatu matrimonia aliquam læsionem vel calumniam patiantur*, parum concludit, postquam illi, qui pro tutore vel curatore se gesserunt, eadem necessitate cum veris tutoribus ad reddendas rationes obstringi cœperunt.

Nuptiæ tutoris cum pupilla.

tot.

tot. tit. ff. de His, qui pro tut. vel curat. De cetero nullitatem hanc non absolutam, sed respectivam esse, unusquisque fatebitur, cum jure suo, postquam ad justam pervenit ætatem; renunciare possit, per tutelæ administrationem læsa uxor.

Adulteri cum adultero.

§. LXVII. Alius adhuc Jure Canonico occurrit casus, ubi nullitatis arguendum matrimonium, si sc. quis illam duxerit, quam viva uxore adulterio polluerat; quod adeo nullum reputant Canones, ut quamvis jam penitus consummatum, liberique inde suscepti, tamen discedere ab se invicem compellantur. *Cap. Cum haberet. in fine, X. de Eo, qui duxit in ux. quam adult. poll.* quod postea ad casum promissi cum adulterio matrimonii & insidiarum vitæ structarum restrictum est. *Cap. Significasti. 6. X. d. t.* Rationem nullitatis suppeditat Pontifex Alexander III. quod Sacramentum prius temere violaverit; quæ quantum apud nos concludat, in aprico est; interim retinuimus in Consistoriis nostris hujus matrimonii interdictum. Vid. *Not. ad Jus Ecclesiastic.* Brunn. *L. 2. c. 16. §. 16.*

Effectus matrimonii nulliter contracti.

§. LXVIII. Alios casus lubens prætereo, ubi impedimentum dirimens matrimonium adesse dicunt Pontificii, de quibus prolixe videri poterit Sanchez. *de Matrim. tot. Lib. 7.* Tamburinus *Theol. Mor. L. 8. Tract. 1. tot.* Basil. Ponce *Tract. de Matrim. L. 6.* Paucis tantum de effectu matrimonii nulliter contracti dicendum. Et quidem nullos hic effectus positivos adesse posse, extra dubium est, satis hoc expressit Imperator *§. 12 Inst. de Nupt.* quod nec nuptiæ, nec maritus, nec uxor, nec dos hic adsint, nec liberi inde suscepti pro justis reputandi, sed spuriorum nomine veniant. Interesse tamen puto, an de impedimento jam constiterit utrique conjugum tempore initi matrimonii, an non. Illo casu procedit decisum Imperatoris jam allegatum, & puniendi hujus generis conjuges, quod contra Legum præcepta dolose matrimonium contraxerint, & quidem vel pœna capitis, vel fustigationis, vel relegationis, vel carceris demum, prout contra Divinas, vel humanas Leges incestum commiserint, de quo prolixe vid. Carpzov. *Prax. Crim. qu. 72. & seqq.* Imo & bona eorum Jure nostro vindicabat Fiscus, *Auth. Ex complexu. C. de Incest. nupt.*

§. LXIX.

Digitized by Google

§. LXIX. Quod ſi vero bona fide coiverint conjuges, ignari illius impedimenti, ex quo nullitas matrimonii reſultat, hoc quidem matrimonium ſola conjugum opinione vires non accipit; quamvis alias opinio probabilis pro regula conſcientiæ reputetur a Moraliſtis, quod prolixe perſequitur Anton. Cella Dei *Tr. de Recta Doctrin. morum, P. 1. L. 3. qu. 1. §. 2.* adeo, ut admittat etiam pro ſalvanda conſcientia opinionem probabilem in caſu probabilioris opinionis; de quo integro Tractatu egit Franciſc. Bordonus *in Propugnacul. Opinion. probab. in concurſ. probabilior.* cujus ſententiæ abſurda conſectaria variis exemplis ad ſingula Decalogi præcepta demonſtravit Laurent. a Dript. *in Anti - Decalog. Polit.* in Jure tamen noſtro, quamdiu falſa opinio non detecta, pro legitima reputatur. *Quid ſi bona fide contraxerint?*

§. LXX. Quamobrem hujus putativi matrimonii effectus plane coincidit cum matrimonio vero; unde liberi interim pro juſtis & legitimis habentur, *Cap. Pervenit. 11. X. Qui fil. ſint legit.* Covarruv. *de Sponſ. P. II. c. 8. §. n. 9.* Et dos quoque putativa iisdem privilegiis cum vera dote gaudet, *L. 22. §. fin. ff. Solut. matr. L. 3. C. eod.* Conf. Ferdin. Arias de Meſa *L. 3. Ref. c. 21.* Tiraquell. *ad d. LL. Connub. gloſſ. 8. n. 235.* Ceterum bonam fidem hic præſumi, communiter ſtatuunt, Guttierez. *de Matr. c. 71.* Verum an idem obtineat, ſi ab una ſaltem parte adfuerit bona fides; dubium eſſe videtur. Breviter dico, quantum ad fraudis gnarum matrimonium plane nullum eſſe; aliud vero quoad fraudis ignarum: & hoc reſpectu verum eſt, quod aſſerunt Canoniſtæ: ſatis eſſe, ſi ab una parte bona fides adfuerit, *Cap. Ex tenore. 14. X. Qui fil. ſint leg.* Ludovic. Engel. *Colleg. Juris Can. ad dict. tit. num. 4.* Liberi ergo & ex hoc matrimonio nati pro legitimis reputandi. Coronidis loco obſervandum, quantacunque tandem ſit nullitas, illam nullo caſu jus tribuere conjugibus ab invicem diſcedendi, & ad alia vota convolandi, ſine auctoritate Judicis Eccleſiaſtici, per *Cap. Porro. 3. X. de Divort.* Add. Dn. Bruckner. *Deciſ. Matr. c. 30.* *Quid ſi unus ſaltem in b. f.*

§. LXXI. Dum vero hactenus de nullitate matrimonii actum, non alienum a præſenti tractatione foret, diſquiſiviſſe, quid ſentiendum de matrimonio ad morganaticam contracto, an hoc pariter nullum ſit dicendum? Negativa verior, partim, quod *De matrimonio ad morganaticam.*

hoc matrimonii genus nitatur expreſſo textu Juris Feudalis *2. Feud. 29.* Cum itaque conſvetudines Feudales in Germania receptæ ſint, adeo ut vim Legis habeant, non poteris amplius hoc matrimonium pro illegitimo reputari. Nec obeſt, quod uxor & liberi dignitatis maritalis & paternæ participes non fiant; nam hæc abeſſe poſſe ſalvo matrimonio, jam ſatis evictum eſt ab aliis, quorſum brevitatis gratia lectorem remitto, Myler. *in Gamol. Princip. c. 6. §. 16. & ſeqq.* Henricus Linck. *de Matrim. Leg. Jalic. contract.* & qui accuratiſſime hanc rem perſecuti, Henric. a Salmuth *de Matrim. Princip. cum virgine Nobil.*

An Nobilibus hoc permiſſum?

§. LXXII. Non tamen ita generaliter hoc paſſu receptum puto Jus Feudale, ut cuivis vaſallo liceat ſub pacto morganitico uxorem ſibi jungere, ſed potius hoc ſolis Imperii Statibus reſervatum cenſetur, ut hinc ſi alii Statuum Imperii Landſaſſii & Vaſalli, ſive Nobiles illuſtres ſint, tale connubium inire velint, conſenſu Domini territorii opus habeant: obligantur enim hi LL. Conſiſtorialibus ordinariis, a quibus hoc matrimonium tanquam anomalum diſcedit, & Jus Feudale quoque ultra receptionem nemini licentiam concedere poteſt. Unde in caſu obveniente, ubi Nobiles ſub hoc pacto matrimonium contrahere voluerunt, aſſenſum & approbationem Principis neceſſariam fuiſſe, variis exemplis demonſtrari poſſet, ſi ex inſtituto de hac materia agendum foret.

An inter pares locum habeat?

§. LXXIII. Hoc tamen non prætereundum, quod nuper in controverſiam vocatum fuerit, an etiam inter perſonas paris conditionis connubium hoc morganaticum ſuſtineatur: & in ſpecie, an virgo Nobilis marito Nobili ſub hoc pacto nubere poſſit, & ſi hoc factum, an nihilominus matrimonium pro legitimo reputandum? Deciſio ejus apparebit ex ſequenti reſponſo Facultatis noſtræ *M. Decembr. Ann. 1698.* cujus tenor ita ſe habet: Hat ein gewiſſer Edelmann im Stifft Brehmen, nachdem er bereits erwachſene Kinder aus voriger Ehe gehabt, ſich anderweit mit eines Edelmanns Tochter verheyrathet, jedoch die Pacta dotalia dahin auffgerichtet, daß zwar zwiſchen beyden Perſonen eine wahre Chriſtliche Ehe ſeyn, und die erzeugten Kinder vor recht ehelich gebohren gehalten werden, jedoch dabey erwehnet, daß dieſes ein matrimonium ad morganaticam ſeyn, und daher eines aus dieſer Ehe

Ehe erzeugten Kinder nicht mehr als 1000. Thlr. haben, im übrigen aber von aller Erbschafft gäntzlich excludiret seyn sollen. Da nun aus dieser letztern Ehe ein Sohn vorhanden, welcher bereits etliche 20. Jahr erreichet, so wird gefraget: Ob dieser Sohn nicht mit denen übrigen Kindern zu seines leiblichen Vaters Erbschafft in portionem filialem zuzulassen, oder ob er de necessitate juris sich mit denen in der Ehestifftung benannten 1000. Thlr. vergnügen müsse? *Quæstio.*

Wenn nun gleich eingewandt werden möchte, daß in gegenwärtigem Casu das Pactum morganaticum mit deutlichen Worten exprimiret sey, und daher die Kinder ratione successionis sich demselben gemäß bezeigen müsten, allermaassen bekant, daß solches Pactum morganaticum in gemeinen Lehn-Rechten expresse bestärcket, 2. *Feud. 29.* Hierin auch nicht allein die Mutter, sondern auch der Groß-Vater gewilliget, indem sie solche Pacta eigenhändig unterschrieben, parentes vero optimum consilium pro liberis capere censentur, *L. 3. §. 1. ff. de Administ. & peric. tut.* überdem gewiß, quod moribus Germaniæ pacta successoria derogent successioni Juris Communis, Hahn. *de Jure Rer. cap. 8. concl. 3. num. 58.* quod præcipue in pactis dotalibus approbatum & usu confirmatum est, Gail. *Lib. 2. obs. 117. n. 6.* *Rationes pro negativa.*

Weil aber dennoch das Pactum morganaticum ein exorbitans a Jure Communi & respectu liberorum inde genitorum plane odiosum ist, und daher nicht zu extendiren, sondern vielmehr ad suos terminos zu restringiren, *Cap. Odia. 15. de Reg. Jur. in 6to. Cap. Statutum. 22. de Election. in 6to.* & hinc statuti odiosi verba stricte accipienda, & ne latum ungvem ab illis discedendum, Gloss. *in Cap. Capientis. §. Quod si de Elect. in 6to.* Hartm. Pistor. *Part. 1. qu. 16. n. 23.* und aus dem angeführten textu Juris Feudalis am hellen Tage, wie ad substantiam hujus matrimonii erfordert werde, ut uxor sit minus nobilis, daran es in diesem Casu allerdings ermangelt, indem beyde Personen Adeliches Standes sind, quæ vero inter personas inæquales concessa, & ob imparitatem dignitatis permissa, illa ad personas ejusdem dignitatis non extendenda. *arg. L. 14. & 15. ff. de LL.* Und hindert diesem nicht, daß die damahls Adeliche Braut mit ihrem Vater darein consentiret, und sich dadurch tacite des Rechts, so sie ex paritate conditio- *Rationes pro affirmativa.*

ditionis gehabt, begeben; Nam uti nobilis puella ignobili nubere poteſt, ita nihil obſtare videtur, quo minus nobilis puella ſe marito nobili jungere poſſit ſub illa Lege, quam ſi ignobilis eſſet: Inmaaſſen dieſes alsdenn ſtatt findet, quando agitur de negotio, quod ex libero paciſcentium arbitrio dependet, quando vero negotium a Lege ad certos terminos reſtrictum eſt, non eſt in arbitrio partium, Legibus derogare, *L. Nemo. 55. ff. de Legat. 3.* & nemo ſua renunciatione efficere poteſt, ut cum nobilis ſit, reputetur pro ignobili, Gallerat. *de Renunc. P. 2. Cent. 1. cap. 29.* Nolden. *de Nobilit. c. 15. num. 33.* Cævall. *in Specul. opin. comm. cont. commun. quæſt. 688. ſeqq.* Und geſetzt auch, daß ſolche Renunciatio juris nobilitatis quoad liberos inde naſcendos gantz unkräfftig, zumahl da dieſe die Proviſionem Juris Communis vor ſich haben, quod ex juſto matrimonio nati pro juſtis liberis reputandi, hiemit auch das Pactum an und vor ſich ſelbſt übereinſtimmet: daß die Kinder vor recht ehrlich gehalten werden ſollen. Woraus das Jus æqualis ſucceſſionis von ſelbſten herflieſſet; Cum, poſita cauſa, ponatur effectus. Und ob gleich ſonſt ſucceſſoria moribus Germaniæ von groſſer Krafft ſind, ſo iſt doch bey keinem Auctore befindlich, daß ein Pactum parentum de liberis hereditate privandis beſtändig ſeyn ſolte, weil die Rechte wollen, daß derjenige, ſo a ſucceſſione excludiret werden ſoll, ſich ſelbſt des Juris ſuccedendi vermittelſt eines cörperlichen Eydes begebe, *Cap. Quamvis. 2. de Pactis in 6to.* Joh. Dauth. *ad d. Cap. Quamvis. n. 9.* Franzk. *Lib. 2. reſol. 5.* adeo ut nec hoc Juramentum partium conventione remitti poſſit. Gallerat. *de Renunciat. T. 2. cent. 1. Renunc. 58. n. 19.* Vaſq. *de Succeſſ. §. 18. num. 183.* Wie denn auch dahero die Pacta dotalia nur inter ipſos conjuges paciſcentes gültig ſind, keinesweges aber denen Kindern ihr Recht benehmen können, wenn ſonſt die völlige Requiſita matrimonii morganitici nicht vorhanden, daran es hieſelbſt oberwehnter maaſſen ob æqualitatem perſonarum ermangelt; Zu geſchweigen, daß das Jus Feudale anderer Geſtalt in Teutſchland nicht gültig iſt, quam quatenus receptum; Nun iſt aber matrimonium ad morganaticam uſu Germaniæ nur allein inter Principes & Perſonas illuſtres eingeführet, Myler. ab Ehrenb. *Gamol. Princip. c. 6. §. 1.* Unter Edelleuten aber ſolches keinesweges angenommen, ſondern wenn jemahls dergleichen

gleich Exempel vorgegangen, allezeit dazu der Landes-Obrigkeit Conſens nöthig geweſen, welches auch gegenwärtige Paciſcenten eo ipſo agnoſciret, indem ſie ſich expreſſe verglichen: Daß von dem Bräutigam noch für der Copulation hierüber des Königl. Gouvernements Confirmation ſolle erbethen werden, dadurch ſie dieſe Confirmation, als einen Modum neceſſarium ſelbſt ſupponiret; Da nun ſolche Confirmation weder geſuchet, noch erhalten, kan um ſo viel weniger dieſes Pactum morganaticum beſtändig ſeyn, und es daher billig heiſſen muß: *quod pactum hoc minus legitime adjectum non vitiet matrimonium, ſed vitietur, ſeu pro non adjecto habeatur*; So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß der aus anderer Ehe erzeugte Sohn, des auffgerichteten Pacti morganatici ungeachtet, mit denen Kindern erſter Ehe zu ſeines Vatern Erbſchafft in portiones æquales zuzulaſſen ſey, V. R. W. *Deciſio.*

§. LXXIV. Quod matrimonium inter imparis dignitatis perſonas contractum attinet, ſi hoc citra pactum morganaticum ſit initum, nullus dubito, hoc pro legitimo reputandum. Nam diſparitas dignitatis neque Jure Juſtinianeo noviſſimo nuptiis amplius obeſt, *Authent. Sed novo jure. C. de Nuptiis. Nov. 78. cap. 3. Nov. 117. c. 4.* nec LL. Imperii noviſſimis ulla Lex prohibitiva adeſt. tam quoad perſonas privatas, quam illuſtres: unde fruſtra ſunt, qui matrimonium Principis cum Virgine Nobili ſimpliciter contractum eo usque pro nullo reputant, ut liberis inde natis ſucceſſionem in provincias paternas denegandam cenſeant; quæ ſententia ſine dubio ſola opinione, nulla vero Juris ratione nititur. Sane dignitas Principalis uxori communicatur per nuptias; liberi vero illam ex ſangvine paterno, non materno derivant: hinc quando dignitas Principalis de novo familiæ alicui confertur, nunquam reſtringitur hæc ad poſteros, ſi hi quoque matrem habuerint Principem, ſed ad ſolum ſangvinem paternum reſpicitur, daß er und alle ſeine eheliche Deſcendenten in den Fürſten-Stand erhoben ſeyn ſollen. Unde ſi Regum quoque liberis non nocuit, quo minus in regnum ſuccederent, quod matrem ex civico ſangvine ortam habuerint, quis Principum noſtrorum liberos ex matrimonio legitimo citra pactum morganaticum ſuſceptos pro illegitimis & ſucceſſionis incapacibus *De matrimonio Principis cum virgine nobili.*

pronunciaret. De qua materia ex professo egit celeberrimus JCtus Dn. Feltmann. *Tr. de Matrim. impar.*

An valeat pactum, ne quis ex posteris fœminam inferioris conditionis ducat.

§. LXXV. Sed quid, si domus quædam Principalis solemni pacto caveat, illum, qui ex successoribus fœminam non illustrem, sive Nobilem, sive ignobilem thori sociam eligeret, liberos inde natos neque dignitate Principali, neque successione gaudere debere, an hoc pactum stringat successores? Ita quidem videtur, si generalem pactorum indolem respiciamus, quæ heredibus nocere, & prodesse solent, etiamsi illorum nulla facta fuerit mentio, *L. 13. C. de Contrab. stipulat.* præsertim, si hæc pacta respiciant conservationem domus illustris, cui per hujus generis connubia inæqualia non leve præjudicium infertur. Verum omnino hic separanda erunt negotia, super quibus pactum initur, si enim illa concernant rem, quæ ab arbitrio paciscentium dependet, res salva est: Si autem respiciant rem, quæ in potestate paciscentium non est, sed ubi successoribus liberum arbitrium tam Jure Divino, quam humano competit, quale matrimonium sine controversia est, nihil nocebit posteris, quid majores hac de re convenerint. Etenim constat ex Jure nostro, non valere dispositionem testatoris, ut hæres arbitratu alterius nuptias contrahat, ob rationem generalem; ne omnino nuptiis impedimentum inferatur, *L. Cum tale. 72. §. 4. ff. de Condit. & demonstrat.* unde ut nuptiæ certæ vel ineantur vel prohibeantur, non valet pœnæ adjectio. *C. Gemma. 29. X. de Sponsalibus*, & ibi Dd. Paul. Cypræus *de Sponsal. c. 8. §. ult.*

Resolvuntur objectiones.

§. LXXVI. Nec regeri poterit, hic non auferri libertatem matrimonii, sed successionis commodum tantum denegari, quod in ejusmodi matrimoniis per pactum morganaticum fieri posse constet, *ex 2. Feud. 29.* Verum quod attinet ultimum, diversa quæstio est, quid Principes conjugium ineuntes pacto disponere possint; & quid possint parentes in præjudicium descendentium? Nuptias ineuntibus permissum est, mutua conventione legem sibi dicere, & effectus civiles connubii restringere: verum parentibus æque non permissum est, leges præscribere posteris, quas ineundo matrimonio stricte attendere debeant. Nuptiarum enim arbitrium jure suo, non ex dispositione paterna habent:

bent: imo, quod liberi ex his nati Principes Imperii ſint, ex proviſione Imperatoria, non ex voluntate parentum poſteris competit. Pariter non obeſt, quod tamen Succeſſio in Principatum per patrem devolvatur in nepotes, & filii factum patris circa feudum præſtare teneantur, *2. Feud. 45.* Reſpondeo enim, hoc fallere in Feudis ac Principatibus ex pacto & providentia majorum dependentibus, præſertim, ſi tale gravamen adjiciatur ſucceſſori, quod Juri Communi contrarium eſt; *arg. L. Quoniam. 32. C. de Inoff. teſtam.* Unde concludunt Dd. quod jus dignitatis & regalium in perniciem ſucceſſorum lædi non poſſit. Cravett. *Conſil. 982. n. 15.* Vultejus *Vol. 4. Conſil. Marpurg. 16. n. 227.* unde regulam, quod hæres pacta defuncti ſervare teneatur, penitus ſilere in ſucceſſore dignitatis, confirmat Vultej. *d. Conſil. 16. num. 231.* *De facto patris præſtando*

§. LXXVII. De cetero, cum de illis, quæ hucusque adducta ſunt in Domo Principum Albaniæ, hoc ſeculo diſputatum ſit, ſubjicere hic lubet deciſionem Ampliſſ. Facult. Jurid. Helmſtad. *Menſ. April. Ann. 1698.* ſuper his quæſtionibus conceptam: (1.) Ob vermöge des bey dem Fürſtl. Hauſe *Albanien 1657.* geſchloſſenen *Pacti*, und getroffener *Convention* die *libertas matrimonium ineundi cum Virgine Nobili* habe können eingeſchrencket werden? (2.) Ob ſolch *Pactum* die Fürſtl. Herren *Succeſſores* obligire? Ubi ad quæſtionem primam ſequenti modo reſponſum eſt: Ob wohl Fürſtliche Häuſer in Ihrem Flohr, Dignität und wohlhergebrachten Würde per matrimonia imparia, nicht verbleiben mögen, ſondern pflegen geſchwächet zu werden, und nun aber (2.) dem gemeinen Weſen ſehr daran gelegen, quod familiarum illuſtrium dignitates, earumque bona conſerventur, quia in earum conſervatione Jus Publicum, *atque adeo publica* ſalus conſiſtat, Nicol. Reuſner. *Conſil. 8. n. 24. & 25. Lib. 3. per l. 1. §. Quamvis. 13. ff. de Ventr. inſpic. & ibi DD.* Georg. Feltm. *de Impar. matrim. Cap. 1. n. 21.* Dem denn (3.) beytritt, daß dergleichen imparibus matrimoniis ratio potentatus, uti ait ex Papiniano Conrad. Rittershuſ. *Comment. ad Novell. Juſtin. part. 4. cap. 11. n. 6.* entgegen ſtehet; dannenhero dieſelbe (4.) ipſis Legibus XII. tabularum ſchon vor unzuläßig gehalten worden, Salmuth. *Reſponſ. jur. pro matrimon. Princip. cum virgine nobil. pag. 16.* auch Lege Julia de maritandis ordinibus ausdrück- *An pacto libertas matrimonii reſtringi poſſit? Rationes dubitandi*

drücklich verbothen sind. *L. Oratione Divi Marci. 16. in princ. L. Lege Papia. 23. L. Lege Julia. 44. L. Senatoris filia. 47. ff. de Ritu nupt.* Und pfleget (5.) bey Adelichen Weibes-Personen, die sich in den Fürstlichen Stand verheyrathen, ein grosser Hochmuth zu erfolgen, cum propter Dominum efferri & superbe agere præsumantur, Lucas de Penna *in L. Quemadm. C. de Agricol. & censit. vers. 101. Lib. X.* Dadurch denn dem Lande offtmahls grosses Unheil kan verursachet werden; Wie denn auch (6.) nicht auszubleiben pfleget, daß die Fürstl. Agnaten und Anverwandten, nicht weniger vornehme Herren, denselben, der sich eine solche ungleiche Ehe eingelassen, etwas geringer und verächtlich zu halten pflegen, welches denn auch die Liebe der Unterthanen gegen ihren Herrn und Obern merklich verringert, daraus denn grosse Spaltung und Uneinigkeit erfolget, und keine gute Harmonie unter Herren und Unterthanen erhalten wird, cum inæquaiitas maxime apud illustres personas sit discordiæ inductiva, conservativa & nutritiva. Roland. a Valle *Vol. 3. Cons. 100. n. 17. & Cons. 51. num. 8.* Joseph. Ludovicus *decis. Luc. 24. num. 15.* Herm. Vultej. *Marp. Consil. 35. num. 233. Vol. 3.* wie solches mit unterschiedlichen Exempeln könte aus bewährten Historicis beygebracht werden, wenn man sich nicht der Kürtze befleißigen wolte; vid. Salmuth. *d. Respons. pag. 22. 23.* Maassen denn (7.) gleichfalls zu befürchten, daß auff vieles ein- und zublasen Fried-häßiger Personen grosse Widersinnigkeit, unversöhnlicher Haß, und also eine unglückliche Ehe gestifftet werde; Æqualitas igitur personarum in matrimoniis contrahendis, attendi debet, non solum quoad opes & fortunas, sed etiam quoad statum, vitæque conditionem, in qua præcipue honestatis & dignitatis ipsius familiæ ratio habenda est, Carpzov. *Jurispr. Consistor. p. 2. defin. 9. num. 5. & ibi allegat.* Cum inæqualium conjunctio haud constans & stabilis esse soleat, Arist. *Lib. 8. Ethic. cap. 1.* Da nun (8.) das bey dem Fürstlichen Hause Albanien de Anno 1657. errichtetes Pactum, zu Abhelffung aller derer in matrimonio impari befindlichen und schweren Ungleichheiten, zuforderst ist angesehen gewesen, als gewinnet es nicht ein geringes Ansehen, daß durch selbiges, die Libertas matrimonium ineundi cum Virgine Nobili gar wohl habe können eingeschräncket werden.

Dieweil

Dieweil jedoch (1.) durch eine Heyrath, ſo zwiſchen einem Reichs-Fürſten, und einer Adelichen Dame vorgenommen iſt, dem Fürſtl. Splendeur und Anſehen nichts entzogen, vielweniger dadurch ein Hohes Fürſtliches Hauß zu Grunde gerichtet wird, Nicol. Myler. ab Ehrenbach. *in Gamolog. perſon. imper. illuſtr. c. 5. theſ. 7.* Quoniam uxor per connubium jam deſinit eſſe de familia patris, & in familiam mariti tranſit, *arg. L. 13. in verb. init C. de Dignit. Lib. 12. tit. 1.* Tiraquell. *de Leg. connub. L. 1. gl. 1. p. 1. n. 31.* Quia maritus & uxor duo ſunt connexa, & una quaſi caro, *Can. Admonere. Cauſ. 33. qu. 2.* Chriſt. Joachim Bucholtz. *in Reſponſ. Jur. cum defunct. ſorore, num. 386.* Adeoque fictione Juris unum idemque corpus efficiunt. Hieron. Cagn. *in L. Cum quiddam.* Et ſic maritus, ſecundum Ulpianum, fœminæ clariſſimam dignitatem tribuit, *L. Fœminæ. 8. ff. de Senat.* Andr. Tiraquell. *de Nobilit. c. 18. num. 1. & ſeqq.* Herm. Vultej. *v. 3. Conſ. 34. n. 168.*

Sondern ſelbiges (2.) deſſen ohngeachtet, bey dem Fürſtlichen Splendeur und Hoheit vor, wie nach, unverletzet bleibet, und zwar darum, weil in antiquitate Germanica ſub nomine Nobilium, Hertzoge, Fürſten, Grafen und Freyherren begriffen waren, darum denn ex Nobilibus, Hertzoge und Grafen ſind erwehlet worden, Paurmeiſt. *de Juriſdict. Lib. 2. cap. 11. num. 12.* Joh. Nolden. *de Nobilit. cap. 1. n. 51.* Philipp. Knipſchild. *de Præced. Nobil. qu. 2. n. 248. ac quæſt. 6. n. 460. & ſeq.* Maaſſen denn auch vor dieſem nur dreyerley Art Leute in Teutſchland gefunden worden, als erſtlich Adelingi, zweytens Frilingi, oder freye Leute, und denn drittens Laſſi, oder glebæ addicti, ſive adſcriptii, eigene Leute, Laſſen, Lehmann. *Chron. Spir. Lib. 2. cap. 4.* Lindenbr. *Gloſſ. in verb. Adelingi.* Die Denominatio Principum & Comitum aber, rührete nur allein von ihrer Bedienung her, und wurde gantz nicht auff die Erben transferiret. Beſold. *Part. 2. Conſil. 88. num. 31. & ſeqq.*

Darum denn auch (3.) in der Heil. Schrifft, weder Alten, noch Neuen Teſtaments, dergleichen Matrimonia imparia verbothen worden. Salmuth. *alleg. Reſponſ. pag. 31.* Welches denn nicht würde unterlaſſen, ſondern zum wenigſten an einem oder andern Ort, kürtzlich berühret und unterſaget ſeyn, wenn dergleichen ungleiche Heyrathen ſollen das gemeine Weſen in Unruhe ſetzen, und dem Splendeur des Fürſtlichen Hauſes viel entziehen können.

Dahero man denn auch (4.) nirgends findet, daß es denen Natürlichen Rechten entgegen stehen solte, weil solches vielmehr libertatem naturalem, und folglich auch matrimonia zu befördern bedacht ist, cum inter omnes homines cognationem quandam natura constituit, *L. 3. ff. de Justit. & Jur.* Et Jure Naturæ omnes homines æquales sint, *L. 32. in fin. ff. de Reg. Jur.* Vid. Salmuth. *d. Resp. pag. 39.* Nicol. Myler, *d. c. 5. th. 7.*

(5.) Eben wenig lauffen ja dergleichen Matrimonia wider derer Völcker Recht, denn selbiges zuforderst seinen Grund setzet in utilitate & necessitate publica, *§. 2. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ. in verb. nam usu exigente & humanis necessitatibus.* Nun erfordert offtmahls die gemeine Wohlfarth in schimmen Zeiten, daß eine ungleiche Ehe inter Principem & Nobilem virginem müsse vorgenommen werden, dawider kein Pactum mit Bestande Rechtens, errichtet werden kan; Cum necessitas non solum Jus Civile vincat, sed & Canones ei subjicere soleant, *arg. L. Alienationes. in fin. ff. Famil. ercisc. L. Pater filium. 38. init. ff. de Leg. 3. L. 1. init. ff. de Fund. dot. Cap. Nemo. de Reg. Jur. in 6to. C. Consilium. X. de Observ. jejun. C. ult. de Fer. C. Non minus. X. de Immunit. eccles. ibi: Nisi Episcopus necessitatem facit. tot. distinct. 19. cum sim.* Regner. Sixt. *Cons. 21. n. 5. vol. 3.* Cravett. *Cons. 6. num. 91.* Wie vielmehr muß ein Pactum conventionale tanquam lex privata necessitati & utilitati communi, die in dem Völcker-Recht ihren Grund hat, allerdinges weichen, und kan in Rechten nicht bestehen; Cum pactis privatorum, imo etiam publicarum personarum, Juri Gentium & Publico derogari nequeat. *L. 38. ff. de Pact.*

Deme denn ferner (6.) das Jus Civile ausdrücklich beytritt, maassen darinne zugelassen, ut quis libertam suam uxorem ducat, & liberi eorum efficiantur legitimi, *Nov. 18. in fin. Nov. 78. §. Si quis autem liber.* Additurque, hoc in quolibet cum liberta matrimonium contrahente, *cujuscunque dignitatis sit*, locum habere, nun ist aber ausser Zweiffel zu setzen, daß die Conditio der libertarum in Republ. Romana viel geringer gewesen, als heutiges Tages Virginum & Personarum Nobilium. vid. text. *in L. Humilem. C. de Incest. nupt. L. 1. C. de Liber. natur.*

Ferner

Ferner pflichtet auch (7.) dieſem ipſum Jus Canonicum, darauff man ſonſt in materia matrimoniorum bey unſern Geiſtlichen Gerichten und Conſiſtoriis viel zu ſehen pfleget, nicht undeutlich bey, maaſſen nach ſelbem Recht Nobilis, & dignioris conditionis perſona quamlibet vilem uxorem ducere poteſt. *Can. Recurrat. cauſ. 32. quæſt. 4. C. 2. & ult. X. de Conjug. ſerv.*

Zuforderſt iſt (8.) hierbey wohl zu bedencken, daß von Anfang der Welt her biß jetzige Stunde, dergleichen imparia matrimonia frequenti uſu, conſvetudine & obſervantia ſind allemahl comprobiret und gut geheiſſen worden. Ac minime ſunt mutanda, quæ longæva conſvetudine obtinuerunt. *L. Minime. 23. ff. de LL.* Sylvan. *Conſil. 3. n. 43.* Quia potius conſvetudo in omnibus attendi debet. Carpzov. *Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. defin. 10. n. 9. & 10.* Gail. *Lib. 1. Obſerv. 36. n. 1.*

Da nun aber (9.) das bey dem Fürſtl. Hauſe Albanien Anno 1657. geſchloſſene Pactum und getroffene Convention von allen dieſen angeführten trifftigen Juribus und Rechts-Gründen abgehet, und dahin anzielen will, daß es keinem Albaniſchen Fürſten verſtattet ſey, ſich cum Virgine Nobili zu verheyrathen.

Und zwar (10.) aus dieſem irrigen Fundament, daß dadurch die Fürſtl. Hoheit und Splendeur mercklich verringert werde, da doch ein anders in prima & ſecunda ratione dicendi ausgeführet, und alſo dieſes Pactum in falſa quadam cauſa gegründet iſt.

Dannenhero ſelbiges (11.) darum unſers dafür haltens nicht beſtehen kan, einmahl, quia vera cauſa & ſic fundamento deſtituitur, *arg. L. 2. §. 3. ff. de Except. dol. L. 15. ff. de Fidejuſſ.* Und denn ferner, da es von demjenigen, was in Göttlichen, Natürlichen, Völcker-Rechten nicht alleine nicht verbothen, ſondern auch in gemeinen Kayſer- und Canoniſchen Rechten ausdrücklich zugelaſſen, und von Anfang der Welt biß hieher perpetuo uſu & conſvetudine unwiderſprechlich recipiret, gantz und gar abweichet, und ein anders in dem Fürſtl. Albaniſchen Hauſe ohne genugſamen Grund einführen will, und alſo wider ſo viel Rechte gleichſam ſtreitet, cum ſolum illa pacta, quæ neque adverſus Leges, Plebiſcita, SCta, Edicta Principum inita ſunt, jure valeant, *L. 7. §. 7. de Pact.* Et ejusmodi pacta non poſſunt mutare Jus Publicum, *L. 38. ff. eod.* wie denn allhier geſchicht, da das Jus Publicum, Divinum, Natura-

le, Gentium, Civile, Canonicum, & perpetua consvetudo, a primo orbis terrarum ævo dergleichen Matrimonia & libertatem contrahendi nuptias legitimas cum Virgine Nobili, verstatten, dieſes Pactum auf einmahl ſolche Libertät und Jura in dem Fürſtl. Hauſe Albanien mercklich verändert und eingeſchräncket.

Und ob gleich ſelbiges (12.) von Ihrer Kayſerl. Majeſtät confirmiret worden, ſo begreifft jedoch dergleichen allergnädigſte Confirmation dieſe tacitam clauſulam in ſich, niſi Juri ſint contraria, quorum confirmatio petatur. Vid. *L. 3. L. 7. C. de Prec. Imper. offer.* Et quia confirmatio acceſſorium ſolum eſt, negotium per ſe validum, tantum confirmare poteſt, *L. Cum principalis. 78. ff. de R. J. L. Et ſi 7. ff. de Precar. L. Bonorum. 24. ff. Rem ratam haberi. Cap. Cum noſtis. 6. X. de Conc. præb.*

Wie denn auch (13.) dieſes abſonderlich dabey in obacht zu nehmen, daß mehrgemeldetes Pactum nur allein zwiſchen Conrado und Alexandro, Gebrüdere, Fürſten zu Albanien, errichtet worden, wie ſowohl ex introitu deſſelben, als auch dem Schluß zu erſehen; Verba initialia ſunt: Wir Conradus, und Wir Alexander, Gebrüdere, Fürſten zu Albanien &c. &c. & paulo poſt: von Unß, unſer beyderſeits Erben und Nachkommen, &c. &c. Es iſt aber daſelbſt mit keiner Sylbe des gantzen Fürſtl. Hauſes Albanien erwehnet; Ein gleiches iſt am Ende fol. 66. & 67. zu befinden, denn nur allein Fürſt Alexander zu Albanien ſolches Pactum in allen ſeinen Puncten und Clauſulen mit einem Cörperlichen Eyde beſtättiget; Das Mittel deſſelben redet wiederum allein von demjenigen, was zwiſchen mehr hochgemeldeten Herrn Brüdern Conrado und Alexandro wegen der damahls vorgeweſenen Verehligung Jungfer Julianen verabredet und verthädiget worden, und wird endlich auch ſolchergeſtalt geſchloſſen, pag. 68. fac. b. daß dieſer Erb-Vertrag von Unß NB. obgedachten Gebrüdern und Fürſten zu Albanien in dergleichen Fällen gehalten, und verfolget werde.

Maaſſen denn auch (14.) dieſe beyde Herren Brüder alleine bey Ihrer Römiſchen Kayſerl. Majeſtät um allergnädigſte Confirmation zum fleißigſten und unterthänigſten angehalten, per paulo ſubſequentia verba: So wollen wir, nemlich die beyden vor Hochgemeldete Fürſten ꝛc. ꝛc. Und ob zwar 15. in ſubſeq. verb. p. 70. fac. a in fin. dieſe Clauſul befindlich: ſondern auch zugleich auf alle Fürſten

Fürſten zu Albanien, Dero Fürſtlichen Erben und Nachkommen in allen und jeden Articuln gemeinet und geſchloſſen, ſo reden doch die Articul nur allein von Fürſten Conrado und Alexandro, und dieſes letzteren künfftigen Ehegemahl. Und iſt alſo aus ſolchen Worten nicht anders zu ſchlieſſen, als daß mehrgemeldetes Pactum die Herren Vettern Fürſten von Albanien nur allein, ſo weit es zwiſchen obgedachten Herren Brüdern, und Dero Fürſtl. Succeſſoren geſchloſſen, ſteiff und unverbrüchlich zu halten, verſprochen, unſers rechtlichen Erachtens aber nicht auff den Caſum, wenn ſich von denen Herren Vettern einer an eine Adeliche Dame verheyrathet, oder auff die gantze Fürſtl. Albaniſche Familie extendiret werden kan, weil ſelbiges ausdrücklicher und umſtändlicher in einem abſonderlichen Pacto, und nicht als ein Acceſſorium tractiret und erörtert werden müſſen; Cum ejusmodi pacta, quia recedunt a Jure Communi, ſtrictiſſimi Juris ſunt, & ita interpretanda, ut quam minime recedant a Jure Communi, per jura tota.

Bey allen dieſen einlauffenden Umſtänden können wir nicht anders, als dahin ſchlieſſen, daß durch mehrgemeldetes Pactum de Anno 1657. die Libertas matrimonium ineundi cum Virgine Nobili entweder gar nicht eingeſchrencket werden können, oder doch nur allein von Herrn Conrado, Fürſten zu Albanien, Nachkommen, müſſe und können verſtanden werden. *Deciſio.*

§. LXXIIX. Auff die andere Frage: Ob wohl (1.) in dubio alle Pacta nicht pro perſonalibus, ohnerachtet, daß einer gewiſſen Perſon darin gedacht wird, ſondern pro realibus, zu halten, daraus auch die Succeſſores verbunden bleiben, cum plerumque pacto perſona inſeri ſoleat, non ut pactum perſonale fiat, ſed duntaxat, ut demonſtretur, cum quo factum ſit, *L. 7. §. 8. ff. de Pact.* jung. *L. 38. pr. de V. O. L. 13. ff. de Contrah. ſtipulat.* add. Bart. *ad L. 133. ff. de V. O.* Cephal. *Lib. 5. Conſil. 630. num. 38.* Vinn. *de Pact. C. 13. num. ult.* Und nun (2.) dahero auch das bey dem Fürſtl. Hauſe Albanien A. 1657. errichtete Pactum gleichfalls dafür zu halten, und die Succeſſores allem Anſehen nach, obligiret, in Betrachtung, daß (3.) die Herren Paciſcenten dergleichen Pactum familiæ unter ſich auffzurichten gewillet geweſen, und auch würcklich auffgerichtet haben, maaſſen ſelbiges aus Ihrer eigenhändigen Subſcription und Unterſiegelung klahr abzunehmen, dieſelbe auch (4.) ſolches Pactum *Q. 2. An pactum noceat ſucceſſoribus? Rationes dubitandi*

zu errichten bemächtiget geweſen, nach demmahl ſie weder impedimento naturali, oder auch civili, noch ſonſten daran gehindert worden, ſondern ihnen plena conſentiendi facultas, quæ ab uſu rationis ſive intellectus, ac voluntatis dependet, nicht ermangelt hat, und folglich bey dieſem Pacto ſich die beyden, zu einer Rechtsbindigen actione humana gehörigen Requiſita, als Voluntas und Poteſtas völlig befinden, das Objectum und Materia dieſes Pacti ſcheinet auch (5.) alſo beſchaffen zu ſeyn, daß darüber Rechts-beſtändig paciſciret werden mögen, maaſſen ſelbiges auf den Splendeur und beſtändiger Beybehaltung des Hohen und alten Fürſtl. Hauſes Albanien angeſehen geweſen, und darum die Libertas contrahendi matrimonium cum Virgine Nobili in denſelben hat reſtringiret und verbothen werden wollen; Es iſt (6.) überdem mit einem Juramento unter den paciſcirenden Theilen corroboriret worden, welche Juramenta, wie aus denen Canoniſchen Rechten und der heutigen Praxi bekant, genau müſſen gehalten werden, modo non contrarientur Juri Naturæ & Divino, *C. Cum contingat. 28. X. de Juram. C. Quamvis. 2. de Pact. in 6to.* Nichtsweniger (7.) iſt ſelbiges mit Ihrer Kayſerl. Majeſtät höchſter Confirmation gleichſam auctoriſiret worden. Deme (8.) ferner beytritt, daß die Succeſſores cum defunctis pro una eademque perſona gehalten werden, und alſo derſelben Facta zu præſtiren ſchuldig; Cum in omnia jura defuncti ſuccedant, *L. 37. ff. de Acquir. vel amitt. hæred. L. 156. L. 177. in fin. de R. J. L. Cum a matre. 14. C. de R. V.* bevorab in bonis feudalibus, wenn ſie (9.) von denen Paciſcenten herſtammen, und deren Söhne oder Deſcendenten ſeyn, quia per patres liberi in feudis ſuccedunt. Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 13. num. 33.* Struv. *Jur. Feud. cap. 13. aphor. 16. num. 6.* Und gewinnet demnach ein geringes Anſehen, daß mehrgemeldetes Pactum die Fürſtl. Succeſſores obligire.

Rationes decidendi. Dieweil jedoch (1.) die Natur und Eigenſchafft derer Pactorum unter andern darin beſtehet, daß keiner einem andern ſuo pacto könne ſchaden, oder auch Vortheil ſchaffen; Nam ſolis paciſcentibus nocent & proſunt pacta, *L. 12. ff. de Pact. L. 14. C. eod.* Vinn. *de Pact. cap. 15. n. 3. & 4.* Schotan. *diſp. 14. th. 20.*

Auch keiner (2.) einen tertium ſuo pacto worzu verbinden kan, cum hoc pugnet cum naturali libertate, & nemo ex contractu alterius

alterius, ſed ſolum ſuo proprio conſenſu obligari poſſit. §. 3. *Inſt. de Inutil. ſtipul. L. 3. C. Ne uxor pro marito.* Præcipue cum nemini per alium iniqua conditio inferri debeat, *L. 74. ff. de Reg. Jur.* Et ſæpe conſtitutum ſit, inter alios res geſtas, aliis non poſſe præjudicare, *L. 1. C. Inter alios acta vel judic. nec non L. 24. C. de Pact. L 63. ff. de Re jud.*

Bevorab da (3.) dieſes quæſtionirte Pactum nur alleine zwiſchen denen beyden Herren Brüdern, Conrado und Alexandro, Fürſten zu Albanien getroffen worden, und alſo nur deſſen Succeſſoren angehet, und verbindet. Nam uti Contractus ſolum contrahentes, ita etiam pacta ſolos paciſcentes eorumque hæredes obligat, nec ad alias perſonas extendi poteſt, *L. 25. init. ff. de Obligat. & act.* Et pactum ad alios, quam cum quibus eſt initum, non porrigitur. *C. 8. ibi: ne pacta inter alios facta, aliis obeſſe patiantur. X. de Transact. L. Si unus. 27. §. 4. verſ. ante omnia*, ubi Bartol. *n. 1. &* Jaſon. *n. 1. &* Dd. *communiter ff. de Pact.* Etiamſi juramento confirmatum ſit, wie in gegenwärtigem Caſu geſchehen. Schurff. *Cent. 1. conſ. 66. n. 99.* Weſenb. *in Parat. ff. de Pact.* Carpz. *Jurispr. for. p. 2. Conſt 29. Def. 26 n. 2.*

Und ob zwar (4.) ſcheinen möchte, daß, weil offt gemeldetes Pactum von denen Herren Vettern derer damahligen Fürſten zu Albanien eigenhändig unterſchrieben, und unterſiegelt worden, daß es auch auff deroſelben Perſonen extendiret ſey.

Maaſſen denn auch (5.) dahin anſcheinet, daß folgende Clauſul darinnen zu finden fol. 70. ſondern auch zugleich auf alle Fürſten zu Albanien, dero Fürſtl. Erben und Nachkommen in allen und jeden Articuln gemeynet und geſchloſſen, ſo mag doch dieſe Clauſul von keinen andern Articuln, als nur die zwiſchen Herren Conrado und Alexandro verabredet, und ſo weit es Ihre Perſon betrifft, verſtanden, auch auff andere Art und Weiſe auf die ſämmtliche Herren Vettern, die damahls gelebet, nicht extendiret werden, als daß ſie denen darinnen befindlichen Puncten, im Fall Printz Conrad und deſſen Leibes-Lehns-Erben, auch Alexander verſterben, und folglich das eröffnete Fürſtl. Lehn auf Sie verfallen ſolte, Fürſtlich nachleben, und denen Alexandriſchen Erben genaue halten wolten.

Daß

Daß Sie aber dadurch (6.) die Succeſſores des geſammten Fürſtl. Hauſes ad prohibitionem matrimonii cum Virgine Nobili, incundi verbinden wollen, iſt Unſers Dafürhaltens nicht ihre ſeria Intentio einmahl geweſen, ſonſten wohl ſolches Pactum in dieſem hochwichtigen Punct ausführlicher und mit nachdrücklichern Umſtänden deutlich und ſo klahr würden in dem quæſtionirten Pacto ausgedrücket haben, daß nicht der geringſte Zweifel, wie ſelbiger ſich unſers Dafürhaltens anjetzo darinne hervor thut, dieſerwegen gereget werden können.

Immittelſt haben Sie auch (8.) nicht einmahl ein ſolches Pactum Rechts-beſtändig, das alle Succeſſores des Fürſtlichen Hauſes Albanien verbinden ſolte, errichten mögen, weil das Pactum, quod libertatem matrimonii quoad ſucceſſores reſtringiret, dem Natürlichen Völcker- Göttlichen- gemeinen- Käyſer- auch Canoniſchen Rechten expreſſe derogiret, wie bey der erſten Frage mit mehrerm erwehnet, und dannenhero fortiſſimam omnis quaſi Juris reſiſtentiam wider ſich hat, auch folglich als ein Pactum illicitum, keine vim obligandi, ob es ſchon Juramento befeſtiget, in ſucceſſores transferiren kan, tum quod ſit contra libertatem omni jure in matrimoniis contrahendis permiſſam, adeoque nullum, nec ſervandum, *L. 7. §. 7. ff. de Pact: L. 5. C. de Legib.*

Bevorab würde auch ſolches (9.) der Freyheit, ſo denen Reichs-Fürſten per Leges publicas zugelaſſen, nicht einen geringen Abbruch thun.

Es iſt auch ferner (10.) dieſes dabey wohl in Erwegung zu nehmen, daß offtgemeldetes Pactum denjenigen, ſo dawider handelt, ſowohl von der Lehns-Folge bey dem Fürſtlichen Hauſe excludiret, als auch des a primo ſtipite & acquirente wohlerlangeten und angeſtammeten Nahmens, Tituls und Wapens, und aller daher rührenden Fürſtlichen Hohen Regalien gäntzlich beraubet, welche Fürſtl. Dignität, weil ſie ex Jure publico herrühret, nicht mag ejusmodi pacto privato geändert werden, *L. Jus publicum. 38. ff. de Pact.* ſo gar, daß auch bewährte Rechts-Lehrer dafür halten, daß nicht einmahl denen Kindern durch dergleichen Pacta ihr Jus ſuccedendi in feudis, und der einmahl von dem primo acquirente wohl erlangete Nahme, Titul, Wapen, und alle daherrührende Fürſtl. Regalia und Hoheiten können entzogen werden; Quia primus acquirens non minus

minus filio prospexit, quam agnato. Gravare quidem pater filium potest, ut æs alienum solvat, *2. Feud. 25.* Non vero penitus jus ei auferre, Dn. Joh. Frid. Rhetius *ad Lib. 1. feud. tit. 8. §. 2. verb. nihilominus revertitur. num. 1. & seqq.* Gerh. Feltman. *de Impar. matr. P. 3. c. 2. per tot.* Nam feuda & ejusmodi Jura imitantur naturam rerum restitutioni obnoxiarum, & per fidecommissum relictarum, favore alicujus domus illustris aut familiæ. *L. 3. & Auth. Quæ res C. Commun. de Legat.* Francisc. Pfeil. *Consil. 78. num. 76. cent. 2.* Gerhard. Feltmann. *d. cap. 2. num. 20.* Ejusmodi autem fideicommissa familiæ cuique suo ordine & tempore obveniunt. *L. 99. ff. de Legat. 2. L. 2. L. fin. C. de V. S.*

Wie denn ferner (11.) gleichfalls dieses in Jure publico ausgemachet, daß Principes succedentes, antecessorum facta nicht folgen dürffen, si non tam jure hæreditatis, quam ex Lege succedant, wie in unserm gegenwärtigen Casu sich findet, da die Fürstl. Albanische Familia ex Lege & Jure feudali in ihren Fürstenthümern succediret. Causam enim non ab antecessore, sed jure proprio & ab ipsa lege habent. Vid. Hahn. *in observ. ad Wesenb. Tit. de Const. Princip. n. 2. ad verb. Princeps successori præire nequit.* Jung. ea, welche in vorgesetzter *Facti specie num. 3. & 4.* weitläufftig ausgeführet.

Da nun auch (12.) dieses Pactum gleichsam eine Exhæredation ab hæreditate parentum bey sich führet, die aber Rechts-beständig, sine legitima causa nicht geschehen kan, *Nov. 115. c. 3.*

Uberdem (13.) Imperator non præsumitur cum tanto præjudicio derer Successorum, offtgemeldetes Pactum confirmiret zu haben, *C. Ad nostrum. 5. X. de Conf. util. & inutil.*

Auch (14.) ohne dem Confirmationes kein neues Jus tribuiren. *C. 1. X. de Confirm. util. & inutil. ibique* DD. Adeoque, quod non est, confirmari non potest, *Cap. Cum nostris. 6. de Concess. præb.* Gail. *L. 2. Obs. 1. n. 15.*

Ejusmodi autem pacta (15.) weder Jure Civili scripto zugelassen, cum hæreditas Jure Civili neque pacto dari, neque adimi possit. *L. 15. L. 19. C. de Pact.* Noch jure non scripto, oder consvetudinario, nisi paucis in casibus, uti in pacto confraternitatis, unionis prolium, unter welchen aber das Pactum quæstionis nicht mit referiret werden kan, und also bey so gestalten Sachen,

Decisio.

die Herren Paciſcenten in dieſem Negotio Rechts-beſtändig quoad ſucceſſores, nicht paciſciren mögen; Dannenhero halten wir dafür, daß auch das quæſtionirte Pactum die Fürſtl. Herren Succeſſores nicht verbinde.

De Matrimonio conſcientiæ.

§. LXXIX. Tandem hic adhuc agi poſſet de Matrimonio Conſcientiæ, quod quibusdam ad *Thalac.* dicitur, & Gallis *mariage de conſcience* appellatur, an ſcilicet hoc pariter pro nullo reputandum? Si Conſiſtoriorum leges, quibus clandeſtina connubia, præſertim ſacerdotali copula non accedente, penitus improbantur, removerentur, per ſe peccatum non foret, clandeſtino connubio ſibi fœminam deſpondere, de quo vid. Dn. Feltmann. *Tr. de Impari matrimon. P. 1. cap. 1. num. 140. ſeqq.* Verum cum LL. Eccleſiaſticæ reſiſtant, & hæ quoque conſcientiam ſtringant, ſcandalis inſuper occaſio detur maxima, a conſortio concubinario non diſtingvendi erunt tales conjuges, nec liberi inde nati legitimorum nomen merebuntur, niſi poſtea nuptiæ ſequantur publicæ, ubi legitimatis adſcribendi erunt.

SECTIO VI.

DE

DESERTIONE CONJUGUM MALITIOSA.

§. I.

Matrimonii nexus indiſſolubilis.

MAtrimonium tam ex primæva inſtitutione, quam ex hominum contrahentium intentione & propoſito, perpetuum & indiſſolubile vinculum eſt, imo conſortium omnis vitæ, *L. 1. ff. de R. N.* hic dicitur conjunctio, individuam vitæ conſvetudinem continens, *§. 1. Inſt. de P. P.* Quamobrem ſtatuendum eſt, quod illud nullo unquam modo diſſolvi iterum, aut finiri debeat. Hanc mentem primi matrimonialis vinculi Conditoris expoſuit nobis ſufficienter infallibilis divinæ voluntatis interpres Chriſtus, Salvator noſter, ad primam inſtitutionem divor-

divortiorum Patronos remittendo, & ne, quæ Deus conjunxit, homo ſeparet, expreſſis verbis cavendo, unicum amori connubiali terminum, mortem ſcil. præfiniendo, *Matth. XIX, v. 6. ſeq.*

§. II. Verum enimvero, cum aucto poſt Protoplaſtorum noſtrorum lapſum humano genere, malitia magis magisque au- geretur, & homines ab uno ad aliud peccatum agminatim quaſi prorumperent, nec datæ ſemel fidei connubialis ſemper rationem haberent ideo factum, ut, ſicut in ceteris, ita etiam in matrimonio Moyſes, non per conniventiam quidem, ſed ſolam diſpenſationem divinam (quamvis hæc aliis diſpliceat, de quo vid. D. Calov. *Bibl. Illuſtrat. contra Grot: ad Deuter. 24. pr.*) Iſraeliticæ genti remittere potius a Jure primum conſtituto, & concedere aliquid, quam inter conjuges jurgiis ac rixis, inſidiis, veneficiis, parricidiis, ac neſcio quibus aliis majoribus malis ac ſcandalis viam & occaſionem aperire maluerit. Gerhard. *Loc. Theol. de Conjug. cap. X. Sect. 3. membr. 2. §. 595. in fin.* Add. Carpz. *Jurispr. Eccleſ. L. 2. tit. XI. def. 189. n. 6. 7.* *Ex peccatis orta divortia.*

§. III. Hincque orta dicimus repudia atque divortia. Quæ ab initio in Republ. Judaica liberrima fuerunt, & quilibet conjux a conjuge leviſſima etiam de cauſa, imo interdum plane nulla, miſſo ſolum repudii libello, quo, dimiſſam uxorem, & ipſi denuo nubendi licentiam factam eſſe, teſtabatur maritus, divertere potuit, non ſecus, ac ſocius ſocium ex ſocietate pro lubitu poteſt dimittere. Vid. *Addit. ad B. Brunnem. Jus Eccleſ. cap. XVII. §. 1. ibique allegat.* Selden. *de Jure Nat. & Gent. juxta diſc. Ebræor. c. 7. L. 5.* Add. Kitzel. *Syn. matrim. c. 8. theor. 1. lit. B.* *Divortia apud Judæos libera.*

§. IV. Poſtmodum vero illa divortiorum libertas in novo Teſtamento nimiopere immutata. Ibi enim Chriſtus non modo Phariſæos ad primam conjugii inſtitutionem revocavit, ſed priſtinam quoque illam temeritatem, frivolamque conjugum dimiſſionem compeſcuit, ſolam adulterii cauſam pro ſufficiente ſtatuendo, ſi quis ſine adulterii reatu diſcedere a conjuge vellet, *Matth. V, 32. & XIX, 9.* Carpz. *d. l. n. 9.* Aſt non mox ubivis locorum prohibitio hæc divortiorum recepta, ſed libertatem priſtinam ſibi ſalvam conſervarunt, non tantum in Judaiſmo ſubſiſten- *In Novo Teſtamento reſtricta.*

sistentes, sed ex Judæis ad religionem Christianam transeuntes, quod prolixe satis ostendit Selden. *Uxor. Ebraic. L. 3. c. 82.*

Libertas divortiorum apud Romanos.

§. V. Romani eadem fere libertate usi, partim ex prisco gentilium more, partim ex libertate, quam inter Christianos remansisse advertebant. Quare Theodosius Imper. *in L. 8. C. de Repud.* Mosaicam imitatus legislationem, statuit, non nisi dato libello repudii dissolvi debere matrimonia. Ne tamen penitus vaga esset illa licentia, certas postea subjicit causas, quibus dimittere uxorem liceret non tantum, sed & ob quas uxor marito repudium dare posset. Remansit illa divertendi nimia licentia ad Justiniani usque tempora, utpote qui majorum sanctiones Corpori Juris inseruit, & postea ipse in *Nov. XXII.* divortiorum Jura ita determinavit, ut quædam fierent BONA GRATIA, etiam circa repudii libellum: quædam NON BONA GRATIA, de quibus prolixe dispositi in *d. Nov. 22. c. 4. seqq.* quamvis aliquid ex illis postea iterum immutaverit in *Nov. 117. c. 10.* Verum post Justiniani obitum Justinianus II. Imper. illam mutuo consensu dissolvendi matrimonii facultatem reductam voluit, uti videre est ex *Nov. 140.* ad vulgatam illam Juris regulam provocans: nihil tam naturale esse, quam eo genere quicquam dissolvi iterum, quo colligatum est, *L. 35. L. 153. ff. de R. J.*

Quid Jure Justinianeo?

Formulæ Divortiorum.

§. VI. Hinc natæ illæ repudiandi formulæ: tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito: conditione tua non utor. *L. 2. §. 1. 2. ff. de Divort.* Quibus subjungo illam ridiculam apud Juvenal. *Sat. 6.*

Collige sarcinulas (dicit libertus) *& exi,*
Jam gravis es nobis. Sicco venit altera naso.

Plura in hanc sententiam qui desiderat, adire velit Alexand. ab Alex. *Genial. dier. Lib. 4. c. 8.* Forner. *ad L. 101. §. 1. de V. S.* Arnis. *de Jure Connub. cap. 6. sect. 3.* & alios plures. Quomodo autem apud Judæos divortiorum literæ fuerint conceptæ, expositi prolixe Seldenus *in Uxor. Ebraic. Lib. 3. cap. 24. seq.*

Quando divortiorum libertas restricta?

§. VII. Quo autem tempore post Justinianum illa divortiorum libertas ad mentem Salvatoris nostri iterum fuerit restricta, non satis constat. Hoc certum, ante seculum VIII. nullam Impp. de hoc negotio extare Legem contrariam. Primæ ergo partes hic

hic Germanis Imperatoribus adscribendæ, qui, cum ex priſca Germanorum fide, quam in matrimoniis quoque ſervabant illibatam, adeo, ut, Tacito teſte, *de Moribus German. cap. 18.* ſevera Germanis fuerint matrimonia, nec ulla morum pars magis apud ipſos laudanda, obſervaſſent, non probata ipſis fuiſſe divortia, & cum hoc ipſo conſpirare Jus Divinum novi Teſtamenti animadvertiſſent, generali Lege veterum illam Germanorum ſanctitatem confirmandam cenſuerunt. Quapropter Carolus M. illum, qui uxorem dimiſiſſet, ſine novo matrimonio vitam vivere voluit. Vid. *Capitulat. Carol. & Ludov. Impp. L. 1. c 43. & L. 6. c. 63.* Poſtea Lotharius Imp. ita ſolenniter edixit: *Nulli liceat, excepta cauſa fornicationis, adhibitam ſibi uxorem reliquere, & deinde aliam copulare, alioqui transgreſſori priori convenit ſociare conjugio*, quæ conſtitutio refertur a Lindenbrog. *in Codic. LL. antiquarum de Legibus Longobard. L. 2. tit. 13. c. 6.*

Pontificii poſt divortium novum matrimonium denegant.

§. VIII. Hoc Jure ergo uſa Germania ſubſequentibus quoque temporibus usque ad tempora noſtra, niſi quod apud Pontificios priſcæ illæ Caroli M. conſtitutiones, de matrimonio a divertente non contrahendo, ad illum quoque caſum fuerint extenſæ, ſi quis ob adulterium ab uxore divortium faciat, ut nec tunc innocens viva uxore ſeparata, aliud inire matrimonium valeat. Quod ipſum Jur. Canon. ſatis abundeque confirmatum, *C. 5. X. de Divort.* Sed illa opinio, utpote menti Salvatoris noſtri *Matth. XIX.* aperte contraria, jamdudum inter Evangelicos exploſa, cum nec olim Jure Canon. veteri obtinuerit, *C. Concubiti. C. 32. quæſt. 7.* Vid. pluribus Gerhardus *de Matrimon.* §. *564. & ſeqq.* Quoad mores itaque noſtros certum ſuppono, non modo amplius matrimonii diſſolvendi poteſtatem in ſola voluntate, propriave conjugum auctoritate poſitam non eſſe; ſed omnes etiam a Juſtiniano olim præſcriptas cauſas ad eum numerum redactas, ut earum hodie duas tantum genuinas in Eccleſiis noſtris admittamus, ADULTERIUM nempe, & MALITIOSAM DESERTIONEM. Vid. Luther. a Gerhardo *alleg. loco de Conjug. §. 630. in fin.* Carpz. *Pr. Crim. P. 2. qu. 58. n. 5.* Hahn. ad Weſenb. *ff. tit. de Divort. num 9.* Kitzel. *d. l. theor. 4. lit. a. b.* Quæ enim quoad thorum & menſam Jure Canonico introducta, & certis caſibus a Conſiſtoriis noſtris recepta ſeparatio, de

Hodie ex duabus cauſis peromnes missum dimortium.

qua vide Carpzov. *Jurisprud. Eccles. Lib. 2. def. 207.* hæc ad divortium proprie ita dictum non pertinet; sicuti nec illius generis casus, qui matrimonium plane nullum reddunt, ubi pariter divortium proprie non obtinet, sed matrimonium pro nulla declaratur, uti dictum *Sect. 5.*

Malitiosæ desertionis descriptio.

§. IX. De illa vero posteriori casu, scil. *desertione*, cum in præsentia per compendium agere mecum constituerim; omissis omnibus ulterioribus ambagibus malitiosam desertionem ita describo: quod sit discessio temeraria conjugis a conjuge, eo animo facta, ut alter ad alterum redire, & cum eo in consortio conjugali ulterius vivere nolit.

De voce desertionis.

§. X. Apparet vero ex data descriptione sufficienter, quando conjux desertionis reus dici debeat: ut adeo necessum non sit, qua ratione vox deserere, in Jure nostro accipiatur, prolixius hic exponere. Plerumque enim idem est, ac derelinquere, *L. 21. ff. de Inoff. test. L. 6. §. 3. ff. de Decur.* vel etiam discedere a statione, sibi semel commissa, *L. 1. & tot. tit. C. de Desert. L. 3. §. 7. & 9. ff. de Re milit.* Id tamen obiter moneo, desertionis conjugum in Jure nostro vix occurrere mentionem, sed ejus loco divertisse conjugem dicunt, *L. un. §. 1. ff. Unde vir. & ux. L. 42. ff. de Judic. L. 27. §. 30. ad Leg. Aquil.* quod *divertere* adeo proprie conjugibus tribuebatur, ut ut de desponsatis personis illa vox non fuerit usurpata, *L. 191. ff. de V. S.*

Discessus debet esse deliberatus.

§. XI. Non autem quemvis discessum mox desertionis notam inducere, exinde apparet, quod *temerarium* in descriptione requisiverim, & quidem animo deliberato non redeundi ad consortium conjugale. Ob quam causam, si uxor calore iracundiæ repudiet maritum, brevi tamen revertatur, divortisse non videtur, *L. 3. in fin. ff. de Divort. L. 48. ff. de R. J.* Unde si uxor vagabundo marito juncta sit, qui tameo aliquando redire solet, desertor dici nequit, sed potius ad imitationem militum, emansoris nomen merebitur, quem Modestin. definit *in L. 3. §. 2. ff. de Re milit.* quod sit, *qui diu vagatus, ad castra tamen revertatur.* An tamen uxor alias obstricta sit, ut maritum vagabundum, & nullibi certum domicilium constituentem sequatur, illud ex conditione mariti, & electo ab ipso vitæ genere, quod forte ambulatorium est, æstimandum venit. Imo quamvis maritus se in

De marito vagabundo.

pactis

pactis dotalibus obligaſſet, ſe nolle unquam a domicilio uxoris diſcedere, nihilominus, ſi juſta & honeſta cauſa locum mutandi ſupervenerit, facere non poteſt, & uxor ipſum ſequi tenetur. Nicolai *de Divortiis, P. 2. c. 2. num. 24.* & plur. ab eo citati. Sane ſi malitia vagantis mariti appareat, non dubito, uxori per implorationem officii Judicis ſuccurri poſſe, ut in certo loco domicilium conſtituat. Conferatur de hac materia Richter. *Vol. 2. Conſil. 507. ibique allegat. Dd.*

§. XII. Cum vero animus præcipue diſtingvat delicta, *L. 11. Ceſſante §. 2. ff. de Pœn.* ob quam cauſam in ſpecie in divortio requirebatur *animo de-* animus conſtituendi perpetuam diſſenſionem, *L. 3. ff. de Divort. ſerendi*, inde toties deſerti conjugis crimen ceſſare puto, quoties quis *non adeſt* non animo conjugem deſerendi, ſed ob aliam vel probabilem, *deſertio.* vel neceſſariam cauſam, vel ſponte abeſt, vel invitus abeſſe compellitur. Latius quidem *Ordin. Conſiſtor. Brandenb. c. 65.* hoc extendere videtur, dum omnem malitioſam deſertionem huc trahit per verba: So ein Ehegemahl von dem andern ohne einige redliche Urſachen aus Leichtfertigkeit, daß ihm etwa der eheliche Stand aus Anreitzung des Böſen entgegen und mißfällt, oder ſonſt aus Muthwillen dem Kriege, oder anderm böſem Leben und Büberey nachziehet, entläufft, und alſo ſein Weib, Kinder, Hauß, Hoff, und alles ſitzen und ſtehen läſſet ꝛc. Verum ex ſubſequentibus apparebit, quousque in talibus caſibus deſertio hoc effectu pro malitioſa ſit reputanda, ut eapropter locus eſſe poſſit divortio.

§. XIII. Ut ergo de abſentia honeſta, ſive illa fiat Reip. ſive *An abſens* privati commodi gratia, in præſens nihil dicam, cum hic mali- *malitiæ* tiam abeſſe in propatulo ſit; inquirendum de caſibus dubiis, & *cauſa pro* primo quidem loco occurrit quæſtio: an maritus in militiam *deſertore* ſe conferens, & ibidem per aliquot annos ſubſiſtens, pro deſer- *habendus?* tore malitioſo ſit reputandus? Agit de caſu hoc ſpeciali Conſilio Beſold. *P. 5. Conſil. 248.* ubi ejusmodi abſentem a crimine deſertionis abſolvit, eapropter quod in malitiam ſe conferre, per ſe ſit res honeſta ac licita, & hinc maritus extra dolum conſtitutus: dolus vero ad malitioſam deſertionem exigitur, a quo tamen quævis cauſa, etiam fama, præſtat excuſationem. Verum hic circumſtantias attendendas puto, poterit enim maritus eapropter elegiſſe malitiam, ut uxorem malitioſe deſereret, de

de quo casu sine dubio intelligenda est *Ordin. Consist. March. §. præced.* adducta. Si ergo hic animus probari possit, quod non difficile est, dum indignabundam mentem sæpius verbis profert: Er wolle in den Krieg gehen, und sein Lebtage zu seiner Frau nicht wieder kommen, nullam rationem video quare maritus ex capite desertionis non possit in jus vocari & condemnari. *Conf.* Gerhard. *§. 628.*

Maritus an ob militiam, & quamdiu expectandus?

§. XIV. Quamvis itaque nostro Jure primitus cautum, quod uxor maritum in militia absentem per quadriennium expectare teneatur, *L. 7. C. de Repud.* & hoc postea Imperator Justinianus ad decennium extensum voluerit, per *Nov. 22. c. 14.* merito tamen id ipse Justinianus sustulit in *Nov. 117. c. 11.* statuendo, quod uxor tamdiu maritum in militia absentem expectare debeat, donec ipsum mortuum esse, fide illius Tribuni, sub quo militavit, perceperit, ubi tamen Jure Justinianeo post juratam Tribuni depositionem adhuc annum expectare tenebatur uxor, antequam ad nova vota convolaret, per *d. Nov. 117. c. 11.* Verum hoc Jus Canonicum non exigit, nec præcise ad Tribuni testimonium adstringit, si aliter mors probari possit, per *Cap. In præsentia. 19. X. de Sponsi.* quod ipsum moribus Consistoriorum nostrorum omnino probatum est. Richter *ad Auth. Hodie. C. de Repud.* Carpzov. *Jurispr. Eccles. Lib. 2. def. 177.* ubi pariter sufficit, quacunque ratione mortem probare possit uxor, Menoch. *de Arbitr. Judic. Qu. lib. 2. cas. 430. num. 145.* Berlich. *P. 4. Concl. 28. num. 40.* Attamen hæc omnia vera puto, nisi apparuerit, animo deserendi uxorem, militiam esse electam. Conferatur Dedeken. *Consil. Theol. Vol. 3. Sect. 5. num. 13. & 15.*

Maritus ob crimen capitale fugitivus, an sit desertor?

§. XV. Jam videndum de absentia, quam maritus propter crimen suscipit, quo se subtrahat supplicio promerito, e. g. Maritus furti, vel etiam homicidii reus est, utrumque crimen adeo in confesso est, vel etiam testibus probari potest, ut nulla excusatio ab ultimo supplicio superfit fugitivo marito, annon sic ex capite desertionis ad novum matrimonium provocare possit uxor, petendo divortium a marito fugitivo? Ex casu ipso satis constat, de illo marito non esse quæstionem, cui adhuc superesse potest defensio; hic enim cum mortis pœnam expectare non habeat, nihil est, quod ipsum a nexu matrimonii liberare valeat.

Nec

Digitized by Google

Nec de illo casu controversia est, ubi maritus in fuga constitutus desiderat, ut ipsum uxor sequatur, quo pertinet casus apud Dedekenn. *d. Vol. 3. sect. 5. n. 20.* ubi ita pronunciatum refert: daß, ob wohl der Mann wegen einer falschen Müntze, derer er bezüchtiget, flüchtig worden, und eine Zeitlang sein Weib sitzen lassen, so kan doch sein Weib, so er zu sich fordern lassen, vermöge Heiliger Schrifft, wegen angezogener Verbrechung noch zur Zeit von ihme nicht geschieden, noch losgezehlet werden. Sed de eo disquirimus, quid juris sit, si delictum tale sit, ut necessario ultimi supplicii pœna immineat marito? Et tam in hoc, quam præcedentibus casibus dicendum existimo, ex capite desertionis proprie ita dictæ uxorem ad divortium agere non posse. Nam nullam hic malitiosam subesse video desertionem, quippe cum uxorem forte intensissime amet, & ab eadem nunquam separari cupiat maritus, unde non animo divertendi, sed formidine pœnæ exul factus est.

§. XVI. Quamvis itaque in casu supplicii capitalis, uxori fugitivæ imminentis, totale divortium locum habere defendat Besold. *P. 3. C. 96. n. 16. seq.* ejusque decisionis fundamentum ex desertione sumat, præsertim quod ob uxoris delictum evenerit, ne cohabitatio amplius locum habere possit. Attamen illud ex desertione desumtum argumentum non admitterem, nisi in facti specie propositum esset, animum deserendi satis declaratum esse, per verba: daß er sein Weib durch *Privat*-Schreiben, als auch endlich durch ein *Proclama* öffentlich *citiren* lassen, selbe aber sich erkläret, daß sie ihm als ihrem Ehemann ehelich beyzuwohnen nimmermehr geneigt, deswegen auch *ad secunda vota* zu schreiten ihm gutwillig erlaube. De quali casu etiam agit Responsum Theologicum apud Dedekenn. *Tom. 3. Sect. 5. de Divortio, N. 21. p. 340.* Hic ergo cum animus deserendi certus sit, juste a matrimonio absolvitur maritus. Verum si contrarium testetur animum, non puto ex capite desertionis separationem esse admittendam. Nullum enim delictum, præter adulterium tollit matrimonii vinculum; nec servitus pœnæ, seu imminens ultimum supplicium jure novissimo tantæ est efficaciæ, ut dissolvat matrimonii nexum, per *Nov. 22. c. 8. & Auth. Sed hodie. C. de Don. int. vir. & ux.* & ubi cessat animus perpetuo deserendi conjugem, præsertim odio illius consortii conjugalis, ibi quoque cessat desertionis

Besoldi sententia examinatur.

Vera sententia subjicitur.

crimen. Interim tamen, quo conjugi innocenti hoc casu succurratur, putarem, si liquido probari possit, delictum esse capitale, ita ut nulla supersesse possit excusatio, & aggratiatio, quod in homicidio certum, sed in furto dubium; nec ob fugam, dum non constat, ubi degat, apprehendi possit delinquens, quoad supplicium rapiatur, conjux innocens vero juvenis adhuc sit, procreandæ sobolis cupidine tenta, ut in simili loquitur Ulpianus *L. 22. §. 7. vers. Sin autem. ff. Solut. matrim.* admittendum esse divortium. Quia enim mors dissolvit matrimonium, illud quoque, quod morte piandum, tantæ efficaciæ erit, non ut ipso jure dissolvat, sed ut justam dissolvendi causam præbeat Judicio Ecclesiastico, si per fugam se mortis pœnæ subtraxerit. Si enim præsens esset uxor, mortis supplicium sustineret, & ita novo matrimonio pateret locus. Dum vero fuga se manibus justitiæ subtraxit, & ita scelere suo effecit, ne unquam cohabitare possit marito, hoc ipsi præmio, & innocenti marito pœnæ loco esse non debet. Quam sententiam nostram postea verbotenus approbavit Dn. Bruckner. *in Decis. Jur. matrimon. c. 18. num. 17.* Ut adeo, si merito mortis jungatur absentia per scelus causata, sat rationis adsit, pro indulgendo divortio. Et hinc quoque Carpz. *Jurispr. Eccles. Lib. 2. def. 203. n. 4.* ob furtum non permittens divortium, supponit casum, si capitalis pœna non immineat.

De marito ob crimen relegato, vel deportato.

§. XVII. Quod si vero aliud crimen commiserit maritus, cujus pœna relegationem, vel deportationem non excedit, & hac ratione provincia expellatur, non puto desertionis crimini hic locum esse, morte enim dignum nihil patravit, nec fidem matrimonii fefellit, nec animum deserendi conjugem habuit; nihil ergo est, quod hic dissolvat matrimonium. Et in hoc Canonicum & Civile Jus conspirant. Sic in *Cap. Quæsivit. 2. X. de Divort.* asserit Pontifex, quod mulier pro furto, vel alio crimine viri sui, ab eo separari non debeat. Ex quo sequitur, ut nec ob pœnam non capitalem separanda sit. Clarius hoc in Jure Civili provisum, dum in *L. 1. C. de Repud.* dicitur: matrimonium deportatione, vel aquæ & ignis interdictione non solvitur. Verum & hic limitatio subjicitur: *si casus, in quem maritus incidit, non mutet uxoris affectionem*, ex quo apparet, non simpliciter

citer validum manſiſſe matrimonium, donec tandem per *Nov. 22. c. 13.* plenius ita cautum, deportationem, in quam migravit antiqua aquæ & ignis interdictio, non ſolvere matrimonium; licet & hoc reſtringi poſſit, niſi deportatio facta ob illa crimina, quæ in *Nov. 22. c. 15.* & *in Nov. 117. c. 8.* recenſentur. Illa enim crimina per ſe Jure Juſtinianeo locum faciebant divortio. Hodie vero matrimonium ita non ſolvi, extra dubium eſſe cenſeo, ſicut & in hoc conſentiunt Schneidew. *ad tit. de Nupt. P. 4. n. 49.* Joh. Kœppen. *in Uſu pract. Inſtit. L. 1. Obſ. 68. n. 3. & ſeqq.* Richter. *Vol. 2. conſ. 408.* Beſold. *Vol. 3. conſ. 96. n. 6.* Quam ipſam ſententiam quoque probat B. Luther. *in Libello* von Ehe-Sachen. *Tom. 6. Witteb. fol. 272.* ubi hæc verba habet: Wie, wenn der Mann oder das Weib geſtäupet, oder des Lands verweiſet würde, ſoll das andere auch mit, oder bleiben, und ſich verändern? Antwort: Solchen Unfall ſollen ſie mit einander tragen, und nicht darum von einander ſcheiden. Denn gleichwie ſie ein Leib ſind worden, ſo müſſen ſie auch ein Leib bleiben, es komme Ehre oder Schande, Gut oder Armuth. *Quid hodie obtineat?*

§. XVIII. Verum an hoc caſu conjux innocens nocentem in exilium ſequi teneatur, non deciſum eſt a Luthero, nec in eo ſatis conveniunt Dd. Pro affirmativa ipſum adhuc ſubſiſtens matrimonii vinculum militat. Unde Hartman. Piſtor. *Obſ. 148.* hanc quæſtionem ita decidit, quod videlicet mulier virum etiam ſua culpa bannitum ſequi teneatur, ſubjecta reſtrictione: *modo non ſit vagabundus*, h. e. modo certam ſedem fortunarum ſuarum alibi elegerit. Pro qua ſententia Theologorum quorundam conſenſum adducit Carpzov. *Pr. Crimin. qu. 130. n. 45.* Aſt licet ſubſiſtentia vinculi matrimonialis id quidem operetur, ne ad alia vota tranſire poſſit innocens, non tamen ut ſemper actu cohabitet conjugi, neceſſe eſt. Inde alii Dd. in contraria ſunt opinione, exiſtimantes, admonitionibus quidem inducendam eſſe uxorem, ut ſequatur maritum relegatum, non vero eandem eſſe compellendam, de quo vid. Heigius *P. 2. Qu. 14. n. 26.* ubi *Reſponſum Facult. Jurid. Jenenſ.* refert: Daß das Weib ihrem Manne aus der Herrſchafft zu folgen, fleißig angemahnet werde; Sie kan aber wider ihren Willen dazu nicht gezwungen werden. Conferatur Richter. *P. 1. Dec. 9. n. 8.* Nobis media placet ſententia, quam habet Carpzov. *d. Qu. 130. num. 46.* ſcil. Judicem *An uxor compelli poſſit, ut relegatum ſequatur?*

perpendere debere, quid res rationesque domesticæ liberorum communium, & rei familiaris ferant, utrum salva honestate uxor inter peregrinos versari possit; nec istuc properandum, ut uxor peregrinationem, nec marito, nec sibi utilem, suscipere cogatur, habendamque magis rationem innocentis personæ & utilitatis publicæ, prout arbitrium boni viri postulabit. Conf. Dn. Nicolai *de Repud. & divort. P. 2. c. 2. num. 16. seqq.* Brouwer. *de Jur. Connub. L. 2. c. ult. n. 17.* Hoc certum est, illo casu, si uxor pro marito, adulterii reo, intercedat, & eapropter capitis supplicium mariti in relegationem mutetur, uxorem compelli posse, ut maritum relegatum sequatur; favore enim conservandi matrimonii remissum est ultimum supplicium, ergo necessum quoque, ut matrimonium actuali cohabitatione continuet uxor, de quo in Saxonia evidens est *Constitutio Elect. Sax. P. 4. Constit. 19.* quod & moribus aliorum locorum receptum.

Quid in casu adulterii.

De marito captivo?

§. XIX. De marito, in captivitate constituto, non adeo controversa quæstio est, an pro desertore habendus? Non enim hic volens abest, animo deserendi uxorem; sed invitus detinetur. Unde & in *Nov. 24. cap. 8.* dispositum, quod captivitas, si de vita conjugis captivi constet, matrimonium non dirimat; quamvis veteri Jure aliud obtinuerit. *L. 1. ff. de Divort. L. 56. ff. Sol. matrim. L. 12. §. 4. ff. de Captiv. & postlim.* Quod si de vita non constet, sed uxor probabiliter putet, maritum esse mortuum, licite illam ad secunda vota transire posse, censet Diana *Resolut. Moral. Tom. 2. Tract. 6. Resol. 167.* Probabilitas tamen illa probe examinanda a Judice, & circumspecte hic procedendum, ne cuivis rumori fides habeatur; imo & quinquennium illud a Justiniano in *d. Nov. 22. cap. 7.* præfinitum non negligendum. Hoc certum, si captivus antea testatus esset, se animo deserendi uxorem electurum militiam, & postea in captivitatem deduceretur, omnino pro desertore declarari posset. Michael. Havemann. *Gamolog. L. 3. tit. 7. problem. 2.* Gerhard. *de Conjug. §. 629.*

De conjuge præsente copulam denegante.

§. XX. An vero præcise absentia ad desertionis crimen requiratur, adhuc disquirendum? Tanta enim sæpius quorundam conjugum est malitia, ut quidem non aufugiant penitus, sed debiti conjugalis præfracta denegatione testentur, se eo animo

mo

mo deseruisse conjugem, ne amplius cum illo in matrimoniali consortio vivere velint, annon talis conjux pro desertore declarandus, ita ut novo matrimonio locus fiat? Liberalius de hoc casu, pro more suo, locutus est Lutherus in Libello vom Ehelichen Leben, *Tom. 6. Witteb. fol. 171.* ut inde Pontificiis calumniandi ansa fuerit suppeditata, unde ejus verba hic adducere lubet: Die dritte Ursache; Wenn sich eines des andern selbst beraubet, und entzeucht, daß es die eheliche Pflicht nicht zahlen, noch bey ihm seyn will, als man wohl findet, so ein halsstarrig Weib, das seinen Kopff aufsetzet, und solte der Mann zehnmahl in Unkeuschheit fallen, so fraget sie nichts darnach. Hier ists Zeit, daß der Mann sage, wilt du nicht, so will eine andere, will die Frau nicht, so komme die Magd. So doch, daß der Mann ihr zuvor zwey oder dreymahl sage, und warne, und lasse es für andere Leute kommen, daß man öffentlich ihre Halsstarrigkeit wisse, und für der Gemeine straffe. Will sie denn nicht, so laß sie von dir, und laß dir eine Esther geben, und die Vasthi fahren, wie der König *Ahasverus* thät. Ob hæc vero acriter perstringitur Lutherus, quasi marito indulgeret, uxore concubitum denegante, mox ad ancillam sese convertendi. Verum ex subsequentibus, imo integro contextu apparet, illi de divortio per Magistratum faciendo, & postmodum sive ancilla, sive alia in uxorem ducenda, sermonem esse. Nam in sequenti §. expresse ad Magistratum provocat in verbis: Darum muß hier Weltliche Obrigkeit das Weib zwingen. De pertinaci ergo, constante ac durante denegatione debiti conjugalis, quæ nec Ministerii severis admonitionibus, nec Magistratus minis emendari potest, ipse intelligendus est. Havemann. *Gamol. L. 3. tit. 7. probl. 3.*

§. XXI. Quod ergo ipsam decisionem attinet, regulariter ubi præsens est conjux, qui se subtrahit consortio conjugali, de desertione, ejusve processu quærendam non est, sed remedia externa adhibenda, ut alter alteri officium faciat, unde optime Theod. Beza *Tr. de Divort. Vol. 2. Oper. p. 97.* ita loquitur: *Verbo DEI conveniens non est, ut ob desertionem dirimatur matrimonium, cum utraque persona in ecclesiæ potestate est, ita ut nocens persona tum ecclesiasticis, tum etiam, si necessitas postulat, civilibus pœnis ad faciendum conjugis officium, ut Christianum hominem & honestum civem* *Quomodo contra præsentes, cohabitantes, procedendum?*

vem decet, cogi queat. Ubi tamen in ſequentibus divortium concedit, in caſu, ſi penitus aufugerit conjux. Verum nos hic præſupponimus caſum, ſi hæc omnia tentata, ſed fruſtra, & contumacia ſit extrema, alteri vero conjugi nulla imputari poſſit culpa, ob quam denegatio debiti facta; ſic ſane non video, quomodo pertinax ejusmodi conjux a malitioſo deſertore differat, & cur non hic eadem adhibenda remedia, quæ contra deſertores alias prodita. Unde plerique noſtratium in hoc conſentiunt, pertinaciſſimam illam debiti conjugalis denegationem æquiparari deſertioni, inde locum eſſe divortio. Haveman. *d. Probl. 3.* Brochmand. *Syſtem. Theol. Loc. de Conjug. §. 630.* Richter. *Vol. 2. Conſ. 26.* Dn. Nicolai *Tr. de Repud. & Divort. P. 2. c. 2. num. 53. ſeqq.* Bruckner. *Deciſ. matrim. c. 18. num. 18.* Placet omnino decidendi ratio, qua in hac materia utitur Beſold. *Vol. 3. Conſ. 26. num. 27.* Dieſer, ſo gegenwärtig, und mit keinem Zwang kan zur *Cohabitation* gebracht werden, iſt *in vera contumacia*, und *in majori contemptu Magiſtratus*, denn der *Deſertor*, ſo abweſend, und *ficte contumax* ſich befindet. Merentur verba Conſilii Theologici, quod habet Grübel. *in Append. Conſil. Dedeken. Sect. 5. num. 2.* ut hic addantur: Doch aber, wenn die Seja ihrem vorigen wider Cajum gefaſſeten boßhafftigen Widerwillen und Haß von neuen ſo weit nachgehangen, daß ſie ſich auch endlich gar von ihm geriſſen, und ihr Zimmer verſchloſſen, und die eheliche Beywohnung ihme halsſtarriger Weiſe gäntzlich verweigert, und bey dieſem ihren unehelichen Beginnen noch, und nun in das ſechſte Jahr, verharret, ſo iſt in fleißiger Erwegung aller Umſtände nichts anders zu befinden, als daß dieſe aus unverſöhnlichem Haß rührende halsſtarrige Verweigerung der ehelichen Pflicht und Beywohnung für eine *Deſertion* zu halten ſey. Denn ob ſie gleich nicht aus dem Lande ſich begeben, und wie ſonſt *in caſu malitioſæ deſertionis* zu geſchehen pfleget, in die Ferne verlauffen hat, ſo wird doch dieſes nicht als ein *eſſential*, oder bloſſer Dinge nöthiges Stück darzu erfordert, ſondern *ad formalem rationem deſertionis* iſt gnug die eigentliche unbefugte Entziehung der Ehelichen Beywohnung, mit beſtändigem Vorſatz, dabey zu verharren; Daß aber die Perſon aus dem Lande ſich begebe, oder an ihrem Ort verbleibe, iſt ein *Accidental* Umſtand, ꝛc.

Probatur præjudicio.

§. XXII.

§. XXII. Nec excusandam putamus fœminam refractari- *De uxore,*
am, quod prætextu diversæ religionis amplexus maritales ad- *odio reli-*
versari incipiat, cujus rei solemnis casus Facultati Theolog. & *gionis co-*
Juridicæ hujus loci oblatus *Ann. 1694. d. 20. Novembr.* Quem hic *habitare*
cum subjecta decisione retulisse non ingratum Lectori futurum *nolente.*
confido: Hat ein unmittelbahrer Reichs-Cavallier in Schwaben *Casus.*
Lutherischer Religion sich vor mehr als 20. Jahren mit einer Rö-
misch-Catholischen Fräulein in den Ehestand begeben, darinnen
sie 3. Söhne und etliche Töchter gezeuget, daneben aber, weil er
auf vieles Zureden der Catholicorum seine Religion nicht verän-
dern wollen, die Gemahlin eine grosse Aversion gegen ihn spühren
lassen, welche dergestalt zugenommen, daß sie bereits vor 6. Jahren
angefangen ihm das Debitum conjugale zu versagen, auch dazu
auf öfters Ansuchen sich nicht verstehen wollen, vielmehr gesuchet,
ihm würcklich Gifft beyzubringen, und durch allerhand der Zaube-
rey halber verdächtigen Sachen, welche sie an denen Orten, wo er
gehen, sitzen oder liegen müssen, legen, auch einmahl Froschleich un-
ter die Speise thun lassen, ihm entweder sein Leben zu verkürtzen,
oder um seine Mannheit zu bringen, darauf sie ferner angefangen,
seine beste Mobilien hinweg zu schaffen, auch endlich am 26. April
des 1693. Jahres in seinem Abwesen mit ihren Töchtern sich gar da-
von begeben, und ihm dabey sagen lassen, daß sie nimmer wieder zu
ihm zu kommen verlangte, und er sich anderweit verheyrathen möch-
te, wohin er wolte, auch nachhero durch seine Köchin, welche sie zu
sich erfordern lassen, ihm Gifft unter dem Essen beyzubringen ge-
suchet, deshalb auch das Geistliche Ministerium zu Ulm, daß die
Separatio quoad vinculum angeregter Ursachen halber wohl statt
haben möchte, respondiret, und itzo von uns gefraget wird: Ob
wir mit dem Geistlichen Ministerio zu Ulm davor halten, daß ob- *Quæstio.*
bemeldter Reichs-Cavallier auf die itzt angeführte, theils in facto
notorie sich befindliche, theils sonst erweißliche Umstände, und die
er zum Uberfluß bey seinem Gewissen, und Adelichen Treue und
Glauben wahr zu seyn versichern lässet, von seiner Gemahlin gänt-
lich zu scheiden seye? Ob nun wohl beyderseits Personen mehr als *Rationes*
20. Jahr bereits in der Ehe gelebet, auch durch den Seegen GOt- *dubitan-*
tes unterschiedene Kinder gezeuget, und die Ehe ohne dem ein sol- *di.*
ches Band ist, welches GOTT selbsten verknüpffet, und also von
Men-

Menſchen nicht getrennet werden ſoll; aus der Specie facti auch nicht erſcheinet, daß die Gemahlin jemahls an ihrem Eheherrn treuloß worden, und mit andern in verbothener Liebe gelebet, welche Cauſam adulterii unſer Heyland allein expreſſe benennet, und ſolche zureichend achtet, ſein Weib zu verlaſſen. Uberdem die Gemahlin der Römiſch-Catholiſchen Religion zugethan, nach deren Principiis nicht einmahl der Ehebruch gnug iſt, das Vinculum matrimonii dergeſtalt aufzuheben, daß ein oder der andere Theil zur andern Ehe ſchreiten könne; Ferner auch die inſidiæ vitæ ſtructæ von denen meiſten, nur ad ſeparationem quoad thorum & menſam, nicht aber quoad vinculum gültig geachtet werden. Weil aber dennoch die Gemahlin ihrem Eheherrn bereits von etlichen Jahren her das Debitum conjugale beſtändig verſaget, und ſich zu einer andern Bezeigung nicht diſponiren laſſen wollen, dergleichen pertinax denegatio aber pro deſertione, und alſo zur Eheſcheidung zureichend geachtet wird, wie ſolches ſowohl bey denen Theologis; vid. Gerhard. *de Conjug. §. 630.* Havem. *in Gamol. Lib. 3. tit. 7. probl. 3.* als auch denen JCtis, Nicol. *Tr. de Repud. L. 2. c. 2. num. 50.* Beſold. *Vol. 3. Conſil. 26. n. 27.* beſtändig angenommen; Hierzu auch ferner kömmt, daß ſie ihren Eheherrn gar ums Leben zu bringen geſuchet, welche Inſidiæ vitæ noch härter als eine bloſſe Deſertion anzuſehen, indem eine Deſertrix nur ihren Mann verläſſet, jene aber ihm das Leben zu nehmen, und dergeſtalt durch eine Mordthat das von GOtt beſtätigte Band zu zerreiſſen gedencket, welches eine viel gröſſere Untreu, und alſo um ſo viel leichter das Eheliche Band zerriſſen, auch dieſe ungemeine Malitia der Gemahlin dadurch vermehret wird, daß da ſie an ihres Eheherrn Leben nicht kommen können, ſie denſelben endlich völlig verlaſſen, die Töchter, ſo doch in väterlicher Gewalt geſtanden, mit ſich verführet, und dabey den malitioſum deſerendi animum zum Uberfluß zurück vermelden laſſen, daß ſie nimmer zu ihm kommen wolte, welche würckliche Deſertion nach der Lehre des Apoſtels *1. Cor. VII.* den verlaſſenen Ehegatten von dem Nexu matrimoniali befreyet, wie ſolches in der Evangeliſchen Lutheriſchen Kirche inter Theologos & JCtos abermahl unſtreitig iſt, Gerhard. *de Conjug. §. 624.* Carpz. *Jurisprud. Eccleſ. Lib. 3. def. 56. num. 15.* nach welchen Evangeliſchen mit GOttes Wort übereinſtimmenden Principiis

Rationes decidendi.

piis der Cavallier sein Christliches Gewissen, nicht aber nach den Römisch-Catholischen Satzungen zu examiniren hat. So tragen wir dahero kein Bedencken dem Theologischen Gutachten des Ministerii zu Ulm beyzupflichten, daß nemlich bey so gestalten Sachen die gäntzliche Eheſcheidung hieſelbſt allerdings ſtatt finde, und dem Cavallier ſich anderweit zu verehlichen zuzulaſſen ſey. V. R. W.

§. XXIII. Ex his ipſis jam decidi caſus poterit, ſi ob fribu- *Si primo*
ſculum quoddam, aliasve lites ſeparatio quoad thorum & *quoad*
menſam facta, ſucceſſu temporis vero tantum ab uno conjuge *thorum ſe-*
contra alterum concipiatur odium, ut ipſum penitus in con- *parati, an*
ſortium recipere nolit, nec ullam juſtam & honeſtam cauſam *ob alte-*
ſuæ contumaciæ allegare poſſit, an tali caſu, ob rationes ante *rius mali-*
adductas, divortium totale pariter locum habere queat? Non *tiam pe-*
enim diſtat talis uxor a deſertrice, & ſi hæc malitia ipſi fuerit *nitus ſe-*
impunita, unicuivis conjugum daretur anſa, excitando lites & *parari*
jurgia alterum eo deducere, ut quoad tempus ſeparationem im- *poſſint?*
petret, quo facto recuſare ejus receptionem, & ita ſe a conſortio conjugali penitus liberare poſſet. Quare ſi tentata omnia, quæ in §. præced. adducta, & uxor refractaria maneat, indulgendum quidem marito novum matrimonium; fœminæ vero denegandum. Qua de re ita judicat Ægid. Hunn. apud Dedeken. *Vol. 3. tit. de Divort. ſect. 6. n. 15.* Im Fall aber das Weib in keine *Reconciliation* ſich begeben, ſondern auf ihrem gefaſſeten Sinn verharren, und ihrem Ehegemahl keine Eheliche Beywohnung nimmermehr zu leiſten willens, als könte man nachmahls deſto ſicherer mit beſſerem Gewiſſen, auch mehrerm Beſtande auf das *extremum remedium divortii* gedencken. Pertinet huc præju- *Adduci-*
dicium nomine Sereniſſ. Elect. Brandenb. in Ducatu Magde- *tur præ-*
burg. *d. 12. April. 1681.* ad conſultationem Dn. Theologorum & *judicium.*
JCtorum Helmſtadienſium publicatum, his verbis: Daß zuförderſt die Güte zwiſchen Klägern und Beklagtin, und ob ſie ins künfftige einander wieder ehelich beywohnen wollen, nochmahls zu verſuchen; Würde nun ſelbiges entſtehen, daß alsdenn die zwiſchen ihnen vollzogene Ehe nunmehro quoad ipſum vinculum wieder aufzuheben, Beklagtin aber, geſtalten Sachen nach, anderweit Verehligung ſich zu enthalten, nicht weniger die auffgelauffene Unkoſten, iedoch richterlicher Ermäßigung vorbehältlich, zu erſtatten ſchuldig,

und darzu zu *condemniren*, und zu verurtheilen ſey: Maaſſen wir denn gedachte Ehe auf ſolchen Fall aufheben, Beklagtin aber darzu *condemniren* und verurtheilen. V. R. W. Verum ne & hac ratione impetret fœmina malitioſa, quod forte ambabus manibus deſiderat, juſtum eſt, ut pœnis civilibus coerceatur, & ſcandali evitandi cauſa mediante relegatione ex provincia expellatur, quam relegationem hoc caſu approbarunt Theologi Jenenſes apud Dedekenn. *in Append. nov. pag. 869.* Dn. Nicolai *Tr. de Rep. & divort. P. 2. c. 2. n. 65.*

An deſertio ſit juſta cauſa divortii?

§. XXIV. Ex his conſtare puto, quo caſu malitioſa conjugum deſertio adſit, vel non. Jam ad proceſſum deſertionis progrediendum foret, ſed in anteceſſum adhuc expediendum erit; annon deſertio malitioſa ſit juſta & legitima cauſa pro impetrando divortio totali, hoc effectu, ut deſerto liceat inire novum matrimonium? Jure Romano hæc cauſa expreſſe prodita non eſt, interim tamen nec improbata, ſed potius eo ipſo approbata, quod leviores cauſæ, (qualis illa eſt, ſi uxor inſcio vel invito marito ſine juſta & probabili cauſa alibi pernoctaverit, juxta *L. 8. §. 3. C. de Repud. & nov. 22. c. 13.*) ibi ad divortium ſufficiant. Jus Canonicum multo minus hanc divortii cauſam recepit, cum nec in caſu adulterii divortium quoad vinculum indulgeat. Unde & apud Pontificios Dd. vix tangitur hoc thema, quaſi per ſe illud corrueret, ſuppoſita hypotheſi de adulterio, uti videre eſt apud Bellarminum *Tom. 3. lib. 1. de Matrim. Sacram. c. 16.* ubi cum capite præcedenti Evangelicorum ſententiam de deſertione adduxiſſet, ad ſolam tamen adulterii materiam reſpondet. Nec ſibi opponi patiuntur locum Apoſtoli *1. Cor. VII.* utpote quem tantum de infideli, deſerente fidelem intelligunt.

Prima opinio eſt Lutheri.

§. XXV. Primus ergo hujus opinionis Auctor eſt ipſe Lutherus, qui ſponte fatetur, antea nullum in caſu deſertionis fuiſſe in Papatu divortium. Unde in expoſitione *Cap. VII. 1. ad Corinth.* quæ extat *Tom. I. Witteb. & edita 1523.* hæc verba habet: Wolte GOtt, man hätte dieſe Lehre S. Pauli bißhero gebraucht, oder brächte ſie noch in den Brauch, wo Mann und Weib ſo von einander lauffen, und eines das andere ſitzen läſſet, daraus denn viele Hurerey und Sünde gefolget ſind. Dazu haben geholffen

holffen die leidige Gesetze des Pabsts, der stracks wider disen Text S. Pauli, daß ein Ehegemahl hart gedrungen nnd gezwungen, bey Verlust der Seelen Seeligkeit sich nicht zu verändern, sondern des entlauffenen Gemahls warten, oder seines Todes etharren. Und hat also den Bruder oder die Schwester in solchem Fall schlecht gefangen gelegt um eines andern Frevel und Boßheit willen, und ohne Ursach in die Fahr der Unkeuschheit getrieben. Postea in Libello von Ehesachen, *edito 1539. Tom. 6. Witteb. fol. 272. rubr.* von Weglauffen und der *Desertion.* Hoc ulterius deducit, & defendit, desertorem gravius peccare adultero, & ipsum, si apprehendi possit, fustibus cæsum ex provincia dimittendum esse. Cujus sententiam secuti sunt alii, non tantum Lutherani, sed & Reformati, uti patet ex Calvin. *Comment. ad Matth. cap. XIX.* Beza *cit. Tract. de Divort.* atque ex eo tempore unanimi Protestantium assensu plenarium divortium, cum facultate novum contrahendi matrimonium, receptum est.

Rationes pro justitia divortii.

§. XXVI. Rationes Evangelicorum præcipuæ ex ipso textu Apostoli *1. Corinth. VII.* petitæ sunt. Hic textus enim, quamvis de desertore infideli loquatur; attamen ratio eadem in conjuge fideli fidelem deserente; (quem casum ex prima Christianorum sanctitate non dabilem, & hinc nec in lege exprimendum censebat Apostolus, utpote de quo nec a Corinthiis consultus erat. Imo forte hoc casu major turpitudo, cum fideli desertori satis notum matrimonii vinculum; inde eo turpius agit, ab hoc nexu semet frivole subtrahendo, & ejusdem fidei conjugem deserendo. Facit huc ratio Apostoli: *ne servituti subjectus maneat frater, aut soror:* quæ ratio æque contra desertorem fidelem atque infidelem militat. Accedit ejusdem Apostoli *1. Timoth. V. v. 8.* descriptio infidelium, quæ hæc est: *Qui suorum, maxime domesticorum, curam non habet, fidem abnegavit, & est infideli deterior:* atqui maritus desertor, utut sit Christianus, id facit; Ergo infideli deterior, & per consequentiam melioris conditionis esse non debet. Hinc merito distingvendum inter infidelem doctrinæ confessione, & vitæ professione, de quo pluribus vid. Gerhard. *loc. de Conjug. §. 624.* Havemann. *Gamol. lib. 3. tit. 7. §. 3.* Et hæc sententia tam in Ecclesiis Electoratus, quam Ducatum Saxoniæ consvetudine introducta est,

prout videre licet apud Carpzov. *P. 3. Jurispr. Eccleſ. def. 56. n. 15.* nec non *in Pr. Crim. p. 2. qu. 58. num. 7. 8.* ibique *alleg. Dd.*

Reſpondetur ad locum Matthæi.

§. XXVII. Negotium adhuc faceſſit aſſertum Salvatoris noſtri *Matth. V. & XIX.* ubi non aliam, quam adulterii cauſam divortio locum facere aſſeritur, quæ exceptio firmabit regulam in caſibus non exceptis. Sed hic non recurrendum puto ad illud quorundam Dd. ſuppoſitum, qui Apoſtolo hanc poteſtatem fuiſſe aſſerunt, ut cauſam divortii a Salvatore omiſſam exprimere, & eandem pro ſufficiente declarare potuerit. Potius ſubſiſtendum exiſtimo in illorum opinione, qui dicunt, Salvatorem noſtrum loqui de faciente, Apoſtolum vero de patiente divortium, Carpz. *Jurispr. Eccl. Lib. 3. tit. 5. def. 56. num. 8.* Hac ratione una remanet cauſa, ob quam tantum divortium facere liceat, ſcilicet adulterium. Quod ſi vero unus conjugum deſeratur, deſertus ſane non divertit, ſed manifeſta alterius conjugis malitia conſortio conjugali privatur. De hac cauſa Chriſtus non interrogabatur a Phæriſæis, ſed tantum de caſu, quando liceret repudium dare conjugi, ergo ejus reſponſio ultra casum propoſitum non extendenda. Pluribus hanc divortii cauſam defendit Beza *Tract. de Divort. tom. 2. oper. qu. 94.*

De ipſo deſertionis proceſſu.

§. XXVIII. Hiſce ita præmiſſis me nunc paucis converto ad ipſum deſertionis proceſſum. Hic autem, ut legitime inſtituatur primo omnium, quis in eodem ſit Judex competens, & quomodo iſte in hac cauſa officium ſuum impertire ſoleat, (2) quæ ſint partes deſerti, vel deſertæ, utpote actoris, & (3) quis procedendi modus, ut juſta ſententia ſequatur, & tandem (4) an contra ſententiam deſertori remedia quædam ſuſpenſiva prodita ſint, quibus effectum ſententiæ, ne vires rei judicatæ capiat, impedire poſſit, diſpiciendum eſt.

Coram quo Judice de deſertione agendum?

§. XXIX. Judicem quod attinet, non eſt, ut de eo anxius inquiram. Sicuti enim omnibus patet, cauſam deſertionis, utpote matrimonialem, eſſe eccleſiaſticam; ideoque illa alio in Judicio, quam Eccleſiaſtico, tractari nequit. Iſtud judicium, cum hodie apud omnes, vel plurimos Auguſtanæ Confeſſionis Status per ita dicta Conſiſtoria Principum exerceatur, igitur noſtram deſertionem & illuc remittendam autumo. Conſentit hanc in rem *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. tit.* von beyden Conſiſtoriis

ju

zu Leipzig und Wittenberg. Rubr. Was Sachen in das Consistorium gehörig, ꝛc. vers. Erstlich alle Ehesachen, wie sie Namen haben. Nec differt *Ordin. Eccles. March. tit. 49.* Rubr. Was vor Sachen vor diß Gericht sollen gehören und beschieden werden. *n. 2. verb.* Item: Alle Ehesachen insgemein. Non equidem ignoro, Pontificios omnes causas matrimoniales, & sic quoque desertionem conjugum pro mere ecclesiasticis habere, ita, ut de iis secularis Judex, quisquis ille tandem sit, neutiquam possit aut debeat cognoscere. *arg. C. Ex tenore. X. de For. compet. C. Ex literis. 1. in fin. & ibi Canonist. X. de Consangv. & Affin. Can. Multorum. 10. c. 35. qu. 6. C. 1. X. de Judic. C. 5. X. de Procur.* Hinc & Concilium Tridentinum decernit: Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos, anathema sit. *Sess. 25. can. 12.* Verum enim vero cum ad Principes Evangelicos jurisdictio quoque ecclesiastica vigore Transactionis Passavienſis seu Religiosæ devoluta, & per Instrumentum Pacis Osnabrugensis confirmata sit, illique istam per Consistoria sua exerceant, ideoque ut cum adversariis de ea multum disputem, haud necessarium duco. Vid. *Recess. Imper. de Anno 1555.* §. Damit auch obberührte beyde Religions-Verwandte ꝛc. junctо §. Damit solcher Friede. & §. Nachdem bey Vergleichung. Arum. *Vol. 2. Discurs. Academ. 10. th. 27. & 29. lit. C. & Disc. 12. th. 8. n. 13. & seqq.* Carpz. *Lib. 3. Jurispr. Eccles. def. 1.* Kirzel. *Syn. matrim. c. 10. th. 8. lit. d. e. f.* Dn. Nicolai *de Repud. & Divort. P. 2. cap. 6. n. 17. 18. sqq.* ut & *n. 36.* Quanquam nec præcise necessarium esse existimo, ut Principes & Status Imperii separata Consistoria pro causis ecclesiasticis decidendis constituant. Consistoria enim tantum delegatam ab ipsis jurisdictionem habent; Ergo nihil obstat, quo minus ipsi Status in Consilio suo secretiori de iisdem causis cognoscere possint. vid. Bertram. *de Pace Religios. concl. 69.* Tale exemplum Hamburgi conspicuum est, ubi omnes causæ ecclesiasticæ, & sic quoque causæ desertionis coram Senatu libere expediuntur. Conf. Dn. Præses *ad Jus Eccles. B. Brunnem. L. 3. c. 1. §. 2.*

§. XXX. Antequam vero competentiam Judicis dimittam, operæ pretium erit inquirere, si casus desertionis Principibus Imperii obveniat, (qualia exempla superioribus annis famosis-

De uxore Principis desertrice,

Quis hoc casu Judex?

sima contigere, ubi Principes Imperii Conjuges suas ex capite desertionis conveniendas censuerunt, quorum alterum exemplum videre licet in *Diario Europæo P. 2. pag. 546. seqq.* cetera adduxisse odiosum foret;) quisnam tunc Judex futurus sit competens? Variis opinionibus hæc involuta quæstio, ut non pauci eandem Imperatoris & Statuum Imperii decisio submittendam existiment. Vid. Just. Sinold. Schutz. *Coll. Jur. Publ. Vol. 2. D. 3. th. 13. lit. C. in fin.* Generos. Dn. Stosser a Lilienfeld. *jam Cancell. Martisburg. Tr. de Potest. Polit. circa sacra, th. 19.* Submissa quoque reapse jam deliberationi Comitiali, sed decisionem hucusque ibi non accepit, nec forte, ex fato Comitiorum præsentium, ubi multa proponuntur, pauca resolvuntur, decidetur unquam.

Variæ sententiæ adducuntur.

§. XXXI. Paucis vero adducemus, quam diversis Judicibus decisionem hanc committendam velint Dd. Aliqui Imperatorem hic Judicem volunt, Dn. Textor. *Disp. 8. ad Rec. Imp. th. 74. & seqq.* Sed cum ipse causam matrimonialem agnoscat spiritualem, & inde quoad subditos territoriorum hæreditariorum, jure vel dispensandi, vel dissolvendi matrimonia, non utatur, quo prætextu illam in Status Imper. exercebit? Alii ad Austregas provocant. Limnæus *de J. P. Lib. 4. cap. 8. num. 96.* Verum ad Austregas aliæ causæ non pertinent in prima instantia, quam de quibus Camera in secunda judicare potest, Reinking. *de Reg. Sec. & Eccles. Lib. 2. class. 2. cap. 16. num. 24. & Lib. 3. class. 1. cap. 10. num. 42.* Camera vero hic Judex esse non poterit, licet id velit Mevius ad Jus Lubec. *Lib. 1. tit. 4. num. 48.* cum in spiritualibus ipsi nulla competat Jurisdictio, nec unquam matrimoniales causæ ibi receptæ. Limnæus *de J. P. d. l. num. 92.* Alii Consiliarios rei conveniendi remisso juramento, quo ipsi reo obstricti, Judices constituendos putant. Sed non video, qua ratione id commode contra uxorem Principis, deserentem maritum, obtinere possit; hæc enim ipsa nec Consiliarios habet, nec alterius Principis Consiliarios hic agnoscit. Alii demum ad arbitros recurrunt; verum resistunt ordinaria Juris nostri principia, quod contra matrimonium non valeat compromissum. Ut taceam quosdam penitus concedere Principi potestatem, ut via facti

facti ſe liberum profiteatur a deferente, & aliam matrimonio ſibi jungat uxorem.

§. XXXII. Nos quoad uxorem Principis deſertricem non adeo controverſam cenſemus illam ſententiam, ſi ſupponamus, Principi in Conjugem ratione contractus vel delicti competere jurisdictionem, quod ſuppoſitum, utut diſpliceat admodum Doctoribus aliis, cum uxor ſocia, non ſubdita mariti ſit, unde contrarium prolixe defendit Myler ab Ehrenbach *Gamolog. forum. Princip. Imp. cap. 7. §. 22.* Attamen cum ſatis perſpectum ſit, unumquemvis ex loco contractus & delicti forum ſortiri, *L. 1. C. Ubi de Crimin.* & delictum quoque omnem dignitatem tollat, *L. 1. C. Ubi Senator. vel clariſſ. L. 47. ff. de R. N.* eatenus ſcilicet, ut non obſter, quo minus forum in loco delicti agnoſcere teneatur; non video, quare non & in delinquentem uxorem ſe extendere poſſit jurisdictio mariti, modo ille a ſuſpicionibus liberum formet judicium. Illuſtr. Dn. de Rhetz *Inſt. Jur. Publ. Lib. 1. tit. 22. §. 14.* Fundata ergo quoad delictum Jurisdictione Principis mariti, fundata quoque erit ratione deſertionis, quia hæc crimen importat. Et quamvis forte in illo territorio non amplius deprehendantur uxor deſertrix; attamen nihilominus in loco delicti procedi poterit per Citationes Edictales, lata poſtmodum ſententia in contumaciam.

Principis ſadelin- quens co- jurisdictionem ram mari- to ſortitur

§. XXXII. Delegatum itaque hoc caſu a Principe conſtituendum Judicium, remiſſo fidelitatis juramento illis, qui ad hoc negotium delegantur, imo & novo juramento conſtringendi ſunt quoad hanc cauſam, ſe ſine ullius reſpectu ſecundum Juris & conſcientiæ ductum velle judicare, inſuper quoque Acta ad peregrina JCtorum Collegia transmitti poſſent. Quo caſu vix ulla ſuſpicionis cauſa ſupereſſe poterit. Conf. Nobiliſſ. Dn. Linck. JCtus Altorf. *Diſſert. de Immediatorum Imperii Proteſtantium foro in cauſis matrimonialibus, Sect. 2.* ubi in fine Conſilium alicujus JCti de hac materia adducit, cujus verba finalia noſtra facimus: Auff den Fall aber (3.) ſich die Gemahlin zu deren keines verſtehen wolte, ſo möchte der lædirte Theil durch Erkäntniß unpartheyiſcher Theologiſcher und Juriſten-Facultäten ſich nach auffrichtiger Eröffnung des Streits, und d:ſſen beylauffenden Circumſtantien gnüglich informiren laſſen, ob er dieſerwegen ein Judicium

Judicium delega- tum quo- modo hic a Princi- pe conſti- tuendum?

